















SD 3245 II
1140419

IACOBI HEN-
RICHMANNI SINDELFIN-
gensis institutiones Grammaticę, fermè omnibus uocabulis Bohemo & Teutono sermonibus interpretatis.

ANNEXA SVNT AEDITIONI huic nonnulla notabilia ex præceptis Ioan. Brassicani doctissimi grammatici, ad stomachum literarium apprime conducentia.

I 322 d.

Ioan. Mant. P.

Dulcius ut saperent docti præcepta Iacobi
Condiuit præsens Brassica Lector opus.

II 96

ARS CONDENDORVM CARminum Henrici Bebelij, poëtæ laureati. Cum additionibus multis, per eundem diligenter emendata.

¶ Racemationes & obseruationes Eiusdem.

¶ Centimetrum M. Seruij Honorati Grammatici.

¶ Introductio perbreuis in literas Græcas, quæ in aliorum Impressionibus est neglecta.

M. D. XXXVI.

Collegii Posnaniensis Societatis Jesu.

BIBLIOT. UNIWERSYT. w POZNANIU



W woluminie kolejno współoprawne sygnatury:

SD 3245 II

SD 3245 IIb

SD 3245 IIc

quæ luna, neq; nubibus interclúditur: abditissima terræ penetrat, & conuexa cœli cacumina trãscendit. Nudiustertius legimus fossos pedes, manus, & latus. Hodie pedes cæruis perniciores: manus in ceruicibus inimicorum, manus annulatæ auro, ut sponsa prædicat, impletæ chrysolitis, manus diuites muneribus propediem in suos effundẽdis. Latus nõ maceria depulsa, neq; paries inclinatus, sed murus ereus in ruinam millium & decem millium, & cauerna in refugium spiritualium columbarum. Nudiustertius sputo cõcretus sanguis faciem turpabat, quæ hodie ut sol fulget in uirtute cœlesti. Nudiustertius adorti eum cohors & tribunus militum uinctum ad mortem ducebãt: hodie ipse adamantina mortis uincula, ferreosq; inferni uectes contriuit. An non adamantina uincula, quando nemini à morte resurgendi spes ulla erat, nisi primum morte subacta primogenitus mortuorum resurgeret? An non & illa adamantina, quibus nos domesticus tyrannus, uetus ille Adam tenet compeditos? Vtraq; Christi beneficio diruta. Nudiustertius fugiebant discipuli, & percusso pastore dispergebantur oues. Hodie congregatas oues rediuiuus pastor antecedit in Galilæa, congregaturus & alias innumeras ex alio ouili. Nudiustertius à nebulonibus contemptissimis irridebatur: hodie à summatibus Seraphin adoratur. Nudiustertius ab iniqs sacerdotibus & principibus, qui in unum conuenerãt, iniuste morti adiudicatus est: hodie uiuorum ac mortuorum constitutus est iudex. Nudiustertius sponte moriturus spiritum tradidit: hodie uictor & triumphator est mortis. Nudiustertius ingemiscebãt ami-

SD 3245 II
1150419

IACOBI HEN-
RICHMANNI SINDELFIN-
gensis institutiones Grammaticę, fermè omnibus uocabulis Bohemo & Teutono sermonibus interpretatis.

ANNEXA SVNT AEDITIONI huic nonnulla notabilia ex præceptis Ioan. Brassicani doctissimi grammatici, ad stomachum literarium apprime conducentia.

I 322 d.

Ioan. Mant. P.

Dulcius ut saperent docti præcepta Iacobi
Condiuit præsens Brassica Lector opus.

II 96

ARS CONDENDORVM CARminum Henrici Bebelij, poëtæ laureati. Cum additionibus multis, per eundem diligenter emendata.

¶ Racemationes & obseruationes Eiusdem.

¶ Centimetrum M. Seruij Honorati Grammatici.

¶ Introductio perbreuis in literas Græcas, quæ in aliorum Impressionibus est neglecta.

M. D. XXXVI.

Collegii Posnaniensis Societatis Jesu

BIBLIOT. UNIWERSYT. w POZNANIU

IO. MANT. PELSNENSIS

Lectori fœlicitatem.



HORTOR te candide Lector attentius atq; pensiculatius legito hanc Iacobi Henrich. grammaticen thesauraria, appendice Io. Brassicani locupletatam. Nec te à lectione ipsius distrahant, q̃ tibi occurrent columnulæ scabra, & non in filum directa liniarum ac literarium compositione dehonestatę. Tu si cupiditate discendi duceris, legens recto animo & mẽte limpida: hæc tibi adamussim scripta simul pulcherrima iudicabis. Atq; huic errori (quia lis est de lana caprina) uenią dabis. Imò Calcographus ipse ut est humanus, humaniter sibi ignouisse contendit. Vocabula quæ se inter exemplificandum obtulerant, & si non omnia, in maiori tñ numero, Bohemo & Teutono nõ gentilibus sermonibus interpretata habeto. Quibus interpretandi honor abest hæc suo Romano eloquia cõtenta te uel tuum præceptorem & fidelem pedotribam manent, uos illis uestro uulgari sermone sua detis nomina. Ego seu sciuerim seu ignorauerim tum libertati studens omnium significata dicere nolui. Tum ideo ne si liber hanc quantitatem excessisset, maiori precio ueniret, pauperibus minime consulturus. Tum, ut tibi & præceptori tuo ulteriores interpretatiõis nasturcium adderemus, querendi & discendi relinquentes officium, quoniam accuratius seruantur, quæ uigilantiori labore parantur. At fercula ad inanitionem appositа, magis nauseãt quàm nutriunt. Tu si aliqua à nobis rudius interpretata doctius ac usitatius transferre poteris (saltem ne mihi obiurgato qui tuæ ignorantiæ succurrendum uolui) æqua mente castigationem tuam admitto. Sin minus, te ut mecum sapias nedum hortor uerum tibi supplico. Vale, & si latinitatem amas, hanc grammaticen Iacobi Henrichmanni obuijs, ut aiunt, complectere manibus. Me quod omnium primum cupio à uirulentorum morsibus & posticis liuidulorum Ciconijs tutato.

Iacobus

IACOBVS HENRICHMAN,
Caſparo Humel, uiro diſerto & facundo, præceptori ſuo nõ triuialiter amando. S. D.

CVM ſuperioribus annis grammaticas inſtitutiones (quarumquidem non minimam partem à te accepiſſe ingenue fateor) elucubraſſem, barbarorum boatum euitare nequiui, quin ſpurcos & liuidos dentes in me acuerent. Vtinam immundiſſimorum porcorum dentes in uorãdis ſtercoribus adeo hebeſcant, ut mihi nocere poſſint omnino nihil, blaterones illi peſſimi mi Gaſpar id ſolum quod ipſi didicere commendant, laudant, & magnificiunt, quo fit, ut nullum unquam admiſſuri ſint doctorem uel in dialectica, qui nõ ſit hiſpanus Petrinus, aut in grammatica, niſi ſit Gallus Alexandrinus. Politiores literas ut præſentiſſimum uenenum fugiunt, contemnunt. Et quoniam muſarum ſunt acerrimi hoſtes, poëticam nec diſcendam nec docendam eſſe clamitãt, ldq; hydropico probant ſyllogiſmo, & ꝙd monſtro eſt monſtroſius Rhetoricam & grammaticam artes primarias ex numero artium & ingenuarum diſciplinarum eliminare nitũtur. Adeo enim hebetes ſunt & obtuſis ſenſibus, ut eum qui ſit terſiſſimus grammaticus, rhetor facundiſſimus, muſicus iucũdiſſimus, geometer quoq; & aſtronomus acutiſſimus, inter bonarum artium cultores minime locauerit, nec eundem nomine artiſta, quo barbare ipſſtuntur uocabulo dignantur. Sed hunc ſolum qui quoſdam ſyllogiſmos ſophiſticos uel elenchos didicerit optimum artiſtam (ut rudi uerbo eorum utar) nominant, tanquam ſola & unica dialectica ſit ars liberalis, ſpretis & reiectis aliis omnibus. O ſtolidi & ignaui homines adhuc modicum lumen eſt in uobis, qui cum nullos unquam poëtas aut oratores legiſtis inter grãmaticos tamen connumerari diſcupitis, non ſecus certe quàm equinum ſtercus, quod dum in aquis cum pomis fluctuaret

dixisse fabulatur: Nos poma natamus. Qui dum fratris Alexandri uersiculos didicerint, se Prisciani totum uolumen comedisse gloriantur, ut sarctor qui caprinum stercus ante pharmacopolę officinam rapertum pro pilulis uorasse dicitur. Videntur profecto mihi huiusmodi scioli plus ac sæpius simum rastro composuisse, ratiarijq; magis sentiuam hausisse, q̃ grammaticorum dogmata perlustrasse. libet flere, libet ora madidis rigare lachrymis, cum temporum nostrorum miseram calamitatem conspydero, quo quidem infelici tempore facundissimi & prientissimi musarum apostoli & germanæ reipublicæ strenui amatores poëtæ & poëtastri, cæteriq; castæ latinitatis cultores à barbaris & rudibus ac inuerecundis simijs mordentur lacerantur, & omnino floccipenduntur. Habet profecto Germania uel sola Sueuia tot uiros illustres doctos & egregios loquendo atq; scribendo tersissimos, quot nec Italia, nec alia quę cunq; natio habere dinoscitur, qui omnes nituntur euellere, extirpare, & funditus cum radicibus eruere, omne lolium, omnẽ zizaniam ac spinam, quibus barbari latinum eloquium adeo adulterabant, & hodie adulterant, ut cum hos loqui audias, an sermo eorum gotthicus sit an uandalicus iudicare nequeas, at contra hosce poëtas & oratores Germaniæ illustratores barbara secta quæ Alexandrum Gallum unice adorat, lapides, sudes, macheras, & omnem bellandi machinã assumpsit & corripuit. Horridus est profecto eorum funestus & crudelis exercitus, qui mori mallent, quàm deum suum Alexandrũ (quem nec ego reiicio) negare, cuius scripta sanctiora credunt tabulis Moyse, à summo deo datis. Non possum non gemere quoties miseriam patriæ nostræ conspicio. Non possum non cum Heraclito Scotino semper flere, quoties barbarorum turbam uideo, qui dentes in quodlibet stercus mergunt. Misereſcere cogor humanæ conditionis, quæ rusticani cibi assueta feles proleporibus comedit, hoc est, barbariem pro elegantia discit & docet. Sed quid queror? quid doleo? quidve lamentor? potius ridendum duco, & iam fletus mihi in risum uertitur, Iamque

cum

cum Democrito ſolutius rideo ineptias aduerſariorum noſtrorum, quas dum aliquando ſophiſticis argumentis uelare conantur, tum primum ineptitudinem ſuam detegunt, quemadmodum imprudens muliercula à uicina correpta, quòd nudo capite & eo quidem raſo & ſcabioſo domum exiſſet, quæ ueſtibus ſublatis à natibus caput tegere cepit, uelando capitis ſcabiem podicis fœditatem omnibus non ſine ridiculo oſtendit. Ita etiam latinitatis oſores ignauiam ſuam occulere uolentes, ſtultitiam omnibus palam faciũt. Innumerę ſunt barbarorum ineptiæ, ut ipſe ſcis Gaſpar amantiſſime, has omnes nunc referre non licet, mihi præſertim Pythagoræo. Quid enim mea refert rhinoceros naſum habeat an ne? Tu ſi ſcripta noſtra à maleuolis calumniari audieris, diſcipulum defendito rogo. Vale ex Luſtnoia ſeptimo kalendas Martii. Anno octauo ſupraſeſquimilleſimum.

TRIA PRAECEPTA IACOBI Henrichmanni ad ſcholaſticos ſuos.

¶ Primum.

Te præſtes talem in maiores inq; parentes
Quales tu uelles eſſe tuos pueros.

¶ Secundum.

Aedibus â patrijs miſſus cur ipſe memento
Tu mandata rogo perficiasq; frequens.

¶ Tertium.

Moribus ornato rogo te uirtutibus atq;
Vt poſſis mox cum laude redire domum.

IACOBI HENRICHMAN. ad ſcholaſticos ſuos.

Diſce puer modo grammaticæ præcepta tenenda
Quæ niſi cognoris cætera nulla ſcies.

probitatis uirum Georgium Pl. artium Magistrum, Antesignanæ Pragen. ecclesiæ Canonicum, & eiusdem chori Cantorem accuratiss. Patronũ ac præceptorem sibi colendissimum, Ioan. Mantuani Pelsneñ. artium baccalaurij. Epistola.

POst innumeros scholasticos labores & sterilem (ut ita dicam) operã quibus semitertia olympiade non secus ac Sysiphæo saxo adglutinatus fuerã, uolens fesse rati serta dare & languidas mei animi uires leuioribus studijs in neruũ reuocare. Rem prĩs acturus cœpi exploratorio more Iani & uertũni fora deãbulando speculari, periculũ facere cupiens, qua sorte dextro Mercurio labore partã hęreditatẽ si non coaugerẽ saltẽ tueri possem. Sed quũ pfatos deos uix à limine salutassem, à prijs penatib⁹ paulo remotior, nescio qs malus grassator insigni Scyrone truculẽtior meã mihi surripuit pecuniã, Aurę reuera, ut quidã meminit uitiperda est hoim. Eius gratia lupus est homini hõ. lactura illa recepta adeo pcipitanter de gradu deiectus sum, ut nec amplius sedebat in aio hac instabili sorte aliã aceruare pecuniã. Et quamuis utriusq; parẽtis adhuc amplæ diuitiæ calamitatẽ meã supauerant, Oiẽ tñ non deglubendã, sed tondendã censui. Applicuitaq; aĩm (utinã fœlicib. auib⁹) huic subtilissimę & Dedaleo ingenio inuentę arti, quã p[illegible]ime chartę breuissimo tpe inuersas notas discriminatim pingũt. Et pro fortunato ac fœliciter cœpto inicio Iacobi Henrich. grãmatices Calcographo meo imprimendã tradidi. Vt noua nauis cirratę iuuentuti & studiosis scholasticis optima & quasi noua grãmatices afferret documenta. Hic nãq; liber pene ab oĩbus pedotribis, scholasticis, iuuenibus docet, legitur & discitur. Mea opa lucubratiunculis meis ferẽ omnia uocabula in hoc lib. posita sunt, Bohemo sermone significata. Condiui etiã hocip̃m opus fertilissimo Ioan. Brassicani succo nra ætate in pceptis grãmatice nulli herbam danti. Nauigabat idcirco hæc mea nauis certis mensibus Tristes Hyadas & seuissimi aquilonis perflatissimas buccas excipiens.

piens prout tempus postulabat. Quum demum literis & Camí nigellis filijs onustior, optato portui a pulsura remigib. ipsis uela complicãda annuisset, & receptui canendũ hortaretur, loci & temporis ratio tum habenda erat. Iam paulatim uelocior cursus: naui subducebatur quum cepere alij anchoram de prora iacere, alij nauim exonerare. Tum quidẽ astantium me hortabatur, ut Iacobo Henrichmanno commeatum & literas tui itineris darem, quo nasutos & nigros homines nihil pertimescens, liberius ac aperto cœlo qua & quo uellet deambularet. Quum sic cogitabundus diutius constitissem, subijt tuę humanitatis erga me nauata opera, quam in me erudiendo liberaliter & strennue es impartitus. A te sibi charissimo præceptore (quem non magis quàm ipsa studia amauerim) prima literarũ didici elementa. Tunc tuæ ferulæ commissus, quum adhuc impune pro transennam meos sparseram oculos, & quum trocũ arte pellere feruor puerilis gloriæ inceudebat. Nunc uiri toga assumpta, & si uellem sum tamen in eo hyrũdine indoctior & hyro pauperior, quia nil habeã quo tibi pro in me collatis beneficijs, parem referrem gratiam. Princeps peripatheticorum Aristoteles pręcepit, ut gratiarum templum in media urbe statueretur, quo scilicet omnes intelligerent quantum ad officia humanitatis attinet gratiam benemerenti referre. Eam gratiarum ędem quũ crebrius emissicijs intueor oculis, quasi (ut dicitur) ad Eurotam sedens nihil proficio sciens, quia pro philosophię studio nequit fieri ęqua contributio. Sed si ipse finis partem inuigilate erga me diligenti ę re hac unica compensare cupio, dedicans tibi doctissimo præceptori hanc Iacobi Henrichmãni grammaticen maioribus typis q̃ unq̃ antea impressam. Non q̃ tu illa indigeas, qui etiam potiora grammatices præcepta dudum (ut aiunt) tuis pedibus attriuisti, sed quia me iubente tuũ requirit iudicium tua dñatio eidem Aristarchea uirgula esto. Te illi cõmeatum dato, & has laboris mei primicias etiã Calcographiæ artis pro gymnasmata oro tãti facito, q̃ti amor & beneuolentia tua apud me estimantur. Et si licuerit tuæ humanita-

BIBLIOT. UNIWERSYT. W POZNANIU

manitati per ocium literarium saltem successiuo perlegas tempore, tum demũ meis literis fidẽ dabis. Quod si tuã dignitatẽ uota summo Ioui persoluenda aut ecclesiastica munera ab hac lectione arcebũt: lubeto perlegat ille ingenuę indolis adolescẽs Guilielmus de Libiechow,, dñi Ladislai supremi Reg. Bohe. notarij filius tuæ dignitati pupilla oculi charior. Effice dñe mi Georgi, ut hic liber te tutore & tuo commeatu liberior tanq; peltatus in publicum prodeat, & tua incude probatus roncho rum atq; liuidulorq; sanguinolenta tela facile reijciat atq; contemnat. Vale præceptor colendissime, fortuitu meo euentu do ctior factus. Nurnbergę nono kalen. Augusti. An. xvij.

EIVSDEM IO. MANTVANI.

accepti beneficij memoria.

Bis septem fueram tunc uix numeratus in annos
Quum tibi subieci mollissima pectora nutu
Effigianda tuo, iussus parere magistro
Sub ferulaq; tua didici puer Alphaq; Betha
Et fandi partes imberbem ducere uitam
Sic placuit, duce te uidi clarissima Lyptzick
Numina, cum Phœbo uisa est mihi casta Minerua
Vidi equidem fateor melius didicisse iuuasset
Ah ego sic maneo, non omnia possumus omnes
Sum licet ignauus tuus attamen usq; manebo
Dij tibi pro meritis Pilij dent Nestoris annos
Dẽt animum fortem uictum quoq; semper honestum
Votaq; grata Ioui sanctis tua uota Patronis
Integra sunto præcor serues quod iure petisti.
Post hebetes artus, fragilem, uitamq; caducam
Terra tegat corpus, conscendat spiritus astra
At quia sensus inest umbris, & uiuitur illic
Aut ibi te metuam uel sancta in pace quiescam
Iamq; uale ac scriptis bene consule docte Georgi
Et quibus error adest obelis figenda notato

FINIS.

Gram

DE LITERIS.

GRAMMATICA, EST ARS recte loquendi, recteq; scribendi scriptorum & poëtarꝝ lectionibus obseruata. Brassicanus. Nam grammatica præcipue in poëtarꝝ historicorum & idoneorꝝ scriptorum interpretatione consistit, & in recte loquendi scribendiq; ratione. Diomedes grãmaticam describit. Est scientia specialiter exercitata, lectionis & expositionis eorũ, quæ apud poëtas & scriptores dicũtur. Ex omnibus autem hæc sola literalis dicitur, eò ꝙ à literis incipiat, γράμμα siquidem lr̃a: & grammatica literatura, quę formam loquendi ad certam rõnem dirigit. Grãmaticus uero latine literatus interpretatur. Opus ergo uel officium grãmatici est, Syntaxim edocere, quæ dictionibus constat. Dictiones syllabis, literis postremo syllabæ. Martianus Capella. Grãmatice officium esse inquit, docte scribere, legereq;. Quæ duo sunt actiua, quia actionem impendimus, si quid uel scribimus uel legimus. Accessit & illud ut grammatice officium sit erudite intelligere & probare quæ spectatiua sunt.

Martiani Capellæ descriptio grammaticæ officij.

Partes grammatice sunt quatuor præcipue: Litera, syllaba, dictio & oratio.

orthographia
prosodia
Etymologia
et Syntaxis.

DE LITERA.

Prisc: li. 1.

Litera, est minima pars uocis composite ex literis, seu lr̃a est uocis eius quæ scribi potest forma. Litera dicitur, quasi legitera, quia legitur uel legentibus iter ostendit, uel legendo iterat̃, ut testatur Diomed. Vel à litura quã sæpe patitur litera dr̃. Literæ etiam elemẽta appellantur, ad similltudinem elementorꝝ mundi. Sicnt enim illa coëuntia omne corpus conficiunt, sic literæ coniunctæ, uocem componunt. Hora. saty. 1. li. 1. ut, olim dant crustula blandi. Doctores elementa uelint ut discere prima. Literæ accidunt Nomen, figura & potestas. Nomen quo appellant̃ & proferuntur. Ibi cõcinne pueri literas proferre discant, non unã literã per modũ diphthongi, aut rusticorꝝ more

qui circa ſyluam quæ bacenis, uel potius Hercinia dicitur, teu ton. Schwartzwalt, morant, nimia oris dilatione proferenti um uocales. B. Hieronymus inqt ad Athletã. Et parua inſtitu tio ꝓceptorum, aliter de erudito, aliter de ruſtico ore ꝓfertur. Nam difficulter radit, ꝙd rudes animi imbiberunt. B, litera in ſingulari forma uocis eſt quæ ſcribi põt. Literę uero plr, epiſto lam ſignificãt, Sic unas, binas aut dediſſe, aut accepiſſe dicim⁹, non unã, niſi poëtice. Sic Ouid. Quã legis à rapta Briſeide lite ra uenit. Appollonius appellauit, literã primam materiã uocis humanæ. Figura, qua lr̃æ depinguntur, Vbi diligẽter pueri pul chro charactere, uenuſtas depingere literas ſtudeant. Poteſtas qua ualent. Hic ſcholaſtici quid litera ualeat, diſcere debebũt. Et hæc oĩa pueris tradere, diligentis & boni ꝓceptoris eſt offi cium. Literę ꝙbus Latini utunt, ſunt uiginti duæ: A, b, c, d, e, f, g, h, i, k, l, m, n, o, p, q, r, ſ, t, u, x, z. H, aſpirationis eſt ſignum, lr̃a aũt non eſt. B, Inſeruerunt tñ eã dictionibus firmandæ, robo rãdeq; uocis gr̃a, ut autor eſt Gell. ꝙ ſonus eaꝝ foret uiridior, uegetiorq;. Hanc alij patibularẽ uocãt, eo ꝙ formam patibuli accipit, ad ꝙd noxij nodati gutturibus ſtrictis aſpirare ꝓhiben tur, aëris extrinſici defectu, cor ipſum uitæ principiũ emori cõ pellentes. K, apud Latinos ſupflua iudicat litera. In greꝯis tm̃ ſcribitur dictionib. & quidẽ paucis, ut Kalende, κύριε ἐλέησον, C, uero in Latinis ſcribitur, Vbi aduertat puer, ꝙ ſonum reti net propriũ, præpoſitum uocali e uel i, ut ceſticill us corolla dr̃, quã capiti mulieres portaturæ aliqd imponunt. Qñ uero ꝓpo nitur alijs uocalib⁹, ſonũ habet literę k, ueluti cacare excremẽ ta emittere, cunnus, coxare. Similiter qñ ꝓponitur conſonanti bus habet ſonũ k, ut ecce, clamo, crux, doctus, & in fine ut lac. W, non ſcribitur in latinis uocabulis, non em̃ eſt litera, ſcriben dum eſt ergo ut Bebeli. noſter docuit uulpes non wlpes, uult non wlt. Volfgangus, non Wolgangus, Ludouicus, nõ Lu dwicus In teutonico uero nõn prohibebo. Y, uocalis eſt græ ca, & in græcis ſcribitur dictionibus, non latinis. Caueant igit̃

diſcipu

discipuli,ubi duplici i dictio scribi debeat,ne y scribant. Et nominanda est hæc litera y græcũ uel ypsilon, non oi, ut Barbari pronunciant,nec aliqua dictio ab illa incipit,nisi aspiratione p̃missa. Hanc tñ literam nominãdam esse hiam Lancilotus contendit. ¶Vocales quinq; sunt, A,e,i,o,u. Vocales dictæ, quia per se uocem faciunt. Has quidam sonantes appellant. Eas etiam Græci φωνήεντα γράμματα uocant,quasi tote & penitus sonantes. Inde consonantes appellantur, quia uocalibus consonant,cum ipsę per se nequeant uocem perficere: & oĩs litera (præter quinq; latinas uocales & unam græcam y scilicet(consonans dicitur. Et sunt xxi. Hæ quidem in mutas & semiuocales diuiduntur. Mutæ sunt nouem, B,c,d,f,g,k,p,q, t. Quia respectu aliarum literarum parum sonant. Semiuocales sunt septem,L,m,n,r,s,x,z,quo in Græcis utimur. Brasi. Diomedes & Prisc. f inter semiuocales numerant,tñ Priscia. subiungit id magis & rectius inter mutã,cũ nullũ nomen latinum in f claudatur. Ex illis quatuor sunt liquidæ,L,m,n,r. Dictæ sic,quia post mutas positæ syllabam præcedentem naturaliter breuem faciunt indifferentem,ut Tenebre,mediam,uel corripit uel producit in uersu. Duplæ sunt.x,& z,ideo q̃a pro duab⁹ ponunt̃ lr̃is,x pro gs uel cs, ut pax,p pags: z. p duplici ss, ut patrizo,pro patrisso. Interdum & i dupla est, quando scilicet clauditur inter duas uocales,ut Troia, maior, aiax. I & u in principio dictionis positæ,plerunq; consonantes sunt,etiam si inter duas uocales clauduntur,ut Iuno, Venus, aiax,audiui,sic certe i retinet uim literæ g,& u literæ f. Dico autem plerunq;, quia interdum i ab initio positum, uocalis est, puta quando syllabam per se facit,ut Iacobus, quadrisyllabum est, Iesus, trisyllabum, Ioannes, quadrisyllabum. Diphthongus autem dicta duarum uocalium uim suam seruantium in eadem syllaba complexio. Et sunt quatuor, quarum duæ scribuntur & proferũtur,au & eu,ut aula,Euterpe. Duæ scribuntur tm̃,æ,œ; ut sæpe,fœnum,Pinguntur ita, æ pro ae,œ,p oe.

Ille autem semper longæ sunt, nisi uocalis sequatur, ut Virg. Stipitibus duris agitur sudibusve pũstis. ¶ Aduerte hic etiã, ꝙ cũ post eu consonans seqtur, diphthongi sonus retinet, ut Euterpe, Eusebius. Sequente uero uocali, retinet sonũ f, ut Euander, euangeliũ Sic in au diphthongo accidere solet, ut gaudeo, auceps, ubi est diphthõgus. Auis, gauisus, ubi sonat f. Harꝫ ab initio tm̃ xvi. fuerũt, quas Cadmũ è Phœnicibus in Græciam attulisse testantur Plinius & Corn. Tac. Hunc secutus Ausonius dixit Cadmi nigellas filias, recte lras intelligens. Has deinde Palamedes & Simonides Me. auxerunt. Aristotiles primo duo de uiginti fuisse cõmemorat. Deide duas ab Epicharmo adiectas, reliquas uero â Diomede Nauplio esse inuentas. Primas etiã literas fuisse Hebreas constat, quia Phœnices á qbus Greci fermè omniũ confesso literas acceperunt Aegyptij sunt & Syri, qs Eusebiꝰ Hebræos fuisse testatur. Dic ergo primas literas fuisse Hebreas, quarꝫ Moses quũ diuinas leges ferret, autor extiterit Chaldeos ac Syros sequutus, qui deinde harum originẽ ad Abrahamum referunt. ¶ Literarꝫ originem summatim hæc carmina explicant, quæ Philel. in suis carminibus describit. Moses primus Hebraicas exarauit literas, Mente Phœnices sagaci condiderunt Atticas. Quas Latini scriptitamus edidit Nicostrata Abraham Syras, & eidem repperit Chaldaicas, Isis arte non minore protulit Aegyptias. Gulfila prompsit Getarum, quas uidemus ultimas.

¶ De Literarum commodo ex Brassicano.

Literæ sunt inuentæ, ut res â uiris claris gestæ, ac tporum rationes posteritati demandarẽtur, quæ posteris uel imitandi uel uitandi exemplo futurę essent. Nam ut inquit Cice. pro Sil. Literæ posteritatis causa repertę sunt, quæ subsidio obliuioni esse possent, & quę sole memoriam prorogant. Has em̃ hominum memoria ocyssime obliterari, elabi & exolescere certũ est. Solæ aũt literæ res memoriæ produnt, proditas uelut depositum fidelissime reddunt. Quas nisi literarꝫ lumen accenderet (ut ait Cicero)

Cicero)in tenebris iacerent omnia. Recte Ouidi.cecinit in 1.li. suarꝫ epistol. epi. 4. His arcana notis terra pelagoq; feruntur. Inspicit acceptas hostis ab hoste notas. Et profecto mortuus est homo sine literis. Quisquis igitur ille extitit,qui primus de dalio ingenio usus literas chartis imprimendas inuenerit, magnum reuera mortalibus immortalitatis thesaurꝫ attulit. Nescio,an Apolline(qui medicinã inuenit)minor,uel Cerere,quę fruges,posterior. Credo,ipse si Palestram luctatoriam descenderetur,& Apollo & Ceres illi herbam darent, illi nanq; corporꝫ medici,& radicalis humidi restauratores. Hic autem maximus animorꝫ curator,& lauro & hedera dignus. Ferunt tñ eam subtilissimam Calcographiæ artẽ(si uera est historia)primum Moguncię,quę ciuitas cis Rhenum sita est,esse repertã. Et ut à diuerticulo redeam,literæ nedũ lectores oblectant, uerumetiam ad mores bonos,uirtutesq; inuitant,siue legendo siue audiendo,auribus nostris intonent. Quapropter nõ minus concinne quàm cum maximo iuuenum emolumẽto ait Flaccus episto. suarꝫ,epistola 1. ad Mecœna. Inuidus,iracundus,iners,uinosus,amator. Nemo adeo ferus est, ut nõ mitescere possit. Si mõ culture patientem accommodet aurem,Polemon ille Athenienſis perditæ luxuriæ adolescens mero æstuans unguentis delibutus,sertis capite redimitus ueste perlucida lampada Phœbi,equis iam altius uehẽtibus, quum è conuiuio domum redire uolens,Xenocratis lectorium doctorꝫ turba refertum, patente ianua introiuisset tam doctissimi philosophi eloquiũ & doctrinã auditurus consedit,quem ut uidit Xenocrates, mox de modestia loqui orsus Polemon grauitate tanti sermonis resipiscere cœpit, & coronam è capite proiecit, ac brachium intra pallium reduxit oris conuiualis hilaritatem deposuit ad ultimum totã luxuriam exuit. Sola Xenocratis oratione sanatus ex infami Ganeone maximus philosophus euasit. Hoc disgressorium ex Valer. Max. lib. vi. de uarietate casuum interserere placuit,ut iuuenes exemplis aliorꝫ discant,quid

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

literarum cognitio & lectio doctorum emolumenti afferat. Effecerunt hoc literæ Xenocratis in uinolento Polemone ne dubitent optimi adolescentes, si abstemij & sobrij erunt cognitione literarũ eos multa ex scrinijs doctorũ hausuros. Profecto literæ, ut Cicero ait, adolescentiam agunt, senectam oblectãt, secundas res ornant, aduersis refugium ac solacium p̃bent, delectant domi, non inclamant, non obstrepunt, non impediunt foris. Pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur. Parate ergo uos optimi adolescentes ad literas capescendas, & uelis remisq; insudate, dum tps, ætas, annicq; sinunt. Cauete, ne pulcherrimam discẽdi occasionem ẽ manibus euolare sinatis. Miserrimum nanq; est, quum (ut Basili. ait) tempus per secordiam abierit, tunc demum illud reuocare, hoc enim est istmum fodere, præceptum Biantis in animo habentes, qui filium ad bonas literas comparandas mittens præceperat, ut senectutis uiaticum compararet. Hæc de literis hactenus.

SYLLABA.

Syllaba, est literarum cõprehensio sub uno accentu & uno spiritu indistanter prolata. Abusiue tamen etiam singularium uocalium sonos syllabas nominamus. Nec tres uocales unica syllaba connecti possunt. Quandoq; tamen uocalis geminata solum unam syllabam facit, ut dij dijs, ij ijs.

DICTIO.

Dictio est minima pars significatiua orationis constructæ. Dico significatiua, propter syllabas. Syllabæ enim licet orationis sint partes, sed non significatiuæ. Dictio enim à dicendo dicitur, quia aliquid dicat, id est, significet. Syllabæ autem per se nihil significant, nisi forte & dictiones sint, ut monosyllaba & dictiones & syllabæ sunt, quanquam non syncere.

ORATIO.

Ex literis syllaba conficitur, ut te, Ex syllabis dictio, ut teipsum. Ex dictionibus oratio connectitur, ut Teipsum cognosce. Oratio autem, est contextus uerborum cum sensu.

Partes

¶ Partes uero oratiõis sunt octo. Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Præpositio, Coniunctio, Interiectio. Quarũ quatuor primæ sunt declinabiles, quia uariantur per casus uel tempora & modos. Reliquæ quatuor indeclinabiles, quia non uariantur, nec per casus, nec per tempora.

DE PRIMA ORATIONIS parte.

NOmen, Est pars orationis cũ casu corpus aut rem, propie, communiterve significans. Proprie, ut Roma, Tyberis. Communiter, ut urbs, flumen. Donatus hæc. Nomen dictum, quasi notamen, ta sylla ba remota, q̃d unamquamq; rem notet. Hæc diffinitio non indiget aliqua glossa, quia conuenit omni nomini. Omne enim nomen est pars orationis cum casu, &c. Et excludit omnes alias dictiones â nomine. Qñ dicitur, cũ casu, excludũtur quattuor partes indeclinabiles, & Verbum, nulla eñ harũ casum habet. Cum autem dicitur: Proprie, communiterve significans, tam pronomen q̃ participium excluduntur, quia neutrum uel proprium uel commune, hoc est appellatiue qualitatis existit. Abeant igitur Barbari grammatistæ cum sua maxima & uanissima glossa, quæ tenella ingenia corrumpit.

Nominum, aliud

Adiectiuum, Est cui præponuntur tria articularia, coniuncta uel diuisa. Coniũcta, ut hic & hęc & hoc præcox. Diuisa, ut hic tener, hæc tenera, hoc tenerum. Et dicitur ab adijcio, quia adijcitur nominibus appellatiuis, ad manifestandam eorum qualitatem aut quantitatem.

Subſtantiuum, Est cui præponitur unus articulus, uel duo tantum, ut Hic pater, Hic & hęc parens. Dicitur ſubſtantiuum, quia ſine adiectiõe alteri⁹ nominis, uerbo ſupponi poteſt, ut Pater amat filium. Et cognoſcitur, qñ eius teutonico addi non poteſt, man/weyb/oder/ding.

Acci-

DE NOMINE.

ACCIDENTIA NOMINIS.

Nomini accidunt sex. Qualitas, Comparatio, Genus, Numerus, Figura, Casus.

QVALITAS.

¶ Nomen aut propriæ aut appellatiuæ qualitatis existit. Proprie qualitatis nomen est, quod alicuius priuatam substantiam & qualitatem significat, ut nomina propria hominum & aliarꝫ rerũ, ut Romulus Roma. Appellatiue qualitatis, Est nomen multarum rerum commune, ut homo, liber, carmen.

COMPARATIO.

¶ Comparatio non est aliud, quàm positiuus cum suo comparatiuo & superlatiuo, ut Tener tenerior tenerrimus. Tenera tenerior tenerrima. Tenerum tenerius tenerrimum.

¶ Gradus comparationis sunt tres, Positiuus, Comparatiuus, & Superlatiuus. ¶ Positiuus, Est nomen adiectiuum significans accidens, ꝗd incrementũ uel diminutionẽ suscipere põt, ut Albus, doctus. Et solũ tale cõparatur. Ob id hęc & silia non cõparantur. Luscus, monoculus, omnipotens, quadrupes, unicus, singulus, unus, mortuus, &c̃. Multaꝫ alia non comparantur, de quibus Lancilotus. ¶ Comparatiuum, Est quod cum intellectu positiui, uel aliꝫ participe sensu positiui magis aduerbiũ significat, ut Liberalior magis liberalis. Et omne cõparatiuum in or uel in us finitur. Or cõis generis, p̃ter senior, ut Sergi. Prisc. li. 3. & 5. scribunt. Reperitur tñ cõe, Nam Diomed. non excipit. Et apud autorẽ Priapeio. Quędã senior Hectoris parente. Et Ambrosius, ut fides astrueret exẽplo senioris fœminæ. Vs neutri. ¶ Superlatiuũ, Est nomen excedens comparatiuũ significato, ut doctissimus. Eius sunt octo terminationes, Duę frequentissimę, rimus & simus, Sed sex perrarę sunt, limus, ximus, timus, remus, fimus, nimus. Vel superlatiuum, Est ꝗd significat rem positiui cũ aduerbio ualde uel maxime. Comparatiuum nomen descẽdit à primo casu positiui, desinente in i, addendo or uel us, ut Albus albior bius, forti fortior. Ne

tior. Nec neceſſe eſt dicere corripiendo i, quia uocalis ante uocalem in latinis ſemper corripitur, demptis paucis. Excipiũtur primo nomina uocalem ante is uel us hñtia, à quibus non ueniunt cõparatiua. Sed loco eius accipitur aduerbiũ magis, & poſitiuus, ut magis arduus, magis tenuis, magis idoneus. Pius, egregius, dubius, ſtrenuus, ambiguus. Reperitur tñ tenuior, et egregius, pro magis egregiũ, &c. apud linguæ latinæ doctiſſimos. Nam Plautus, ſtrenuior comparatiuũ protulit. Et Cice. lib. ij. offi. tenuior comparatiuũ fecit. Et idem in oratione pro Lu. Mure.. Item Vale. Max. lib. iij. c. de fiducia ſui. Item Marcell. ff. de coll. illi. l. collegia. Et Martianus eodem tit. i. Excipiuntur ſecundo comparatiua à uerbis, aduerbijs, præpoſitionibus. A uerbo Detero, teris, ex tero compoſitum deriuatur deterior uel à deter, id eſt, malus uenit, ut uult Cornucopiæ, & id mihi placet. Ab aduerbio pridem prior, & à penitus penitior, id eſt interior.

A ꝓpoſitionib. Extra exterior, Citra citerior, Poſt poſterior, Intra interior, Supra ſuperior, Prope propior, Vltra ulterior, Infra inferior, Ante anterior.

¶Hic aduerte nõ dicendũ eſſe: Magiſter exterius eſt, ſed foris, uel extra domũ. Nec item dicendũ: Diſcipulus eſt interius, ſed intus, uel in tablino. Dicimus aũt, Clauis eſt interior uel interius (aduerbialiter) fixa. Ita de extra, ſupra, & infra iudicandũ, ut Superius q̃ tu aſcendi, Auis ſedet ſuperior alia. Sub regula cõprehenduntur hæc ſequentia. Nam ab hic & hęc dis & hoc dite ſecundũ analogiã, ditior uenit, & diuitior à diues. Terentius: Q̃ inique comparatũ eſt, ut hi q̃ minus hñt, ſp̃ ditioribus aliqd addãt. Ouid. 6. meta. Diuitior forma quales audire ſolemus. Iuuenis iuuenior, & per ſyncopen iunior. Dona. in ij. editio. Priſc. li. iij. Plin. li. iiij. in epiſt. ad Arrianũ: Conſulatũ inquit multo etiam iuuenior quàm ille ſum conſecutus. Dexterior á dexter.

Excipiuntur tertio comparatiua ſequentia q̃ non deriuãtur regulariter. Maior, à magnus, Melior, à bonus, Minor, à par-

uus, Nequior à nequam, Pudicitior à pudicus, Siniſterior à ſiniſter, Spurcitior, à ſpurcus, Habitior, us. i. pinguior ſine poſitiuo & ſuperlatiuo. Plaut. tñ & Aul. Gell. habitiſſimus pro pinguiſſimus dixerunt, ut refert Beroald. in commen. i. li. Aſini aurei. Ocyor, caret poſitiuo latino, græcũ habet ὠκύς. Peior, à malus. Potior à potis, nomine indeclinabili. i. potens. Pius, à multum, q̃d ſolum cõparatiuum neutr̃ habet ſingularẽ. In plurali uero plures & plura uel pluria. Munificẽtior, à munificus. Magnificentior, à magnificus, à facio declinata, ut beneficentior à benefico. Quanq̃ hæc tria ultima à munificens, magnificẽs & beneficens deriuari uideantur, ipſa tñ in uſu non ſunt. Sed pro his prædictis utimur munificus, magnificus, &c.

Excipiuntur quarto ſequentia quæ non hñt comparatiuũ. Apricus apriciſſimus, inclytus inclytiſſimus, furiſconſultus furiſconſultiſſimus, meritus meritiſſimus, inuitus inuitiſſimus, & ſi qua ſunt alia. Braſſicanus.

Nomina a verbis volo/dico/facio/et loquor deriuata/formant comparatiuum in entior/preter veridicus/cauſidicus/fatidicus/ que comparationem non recipiunt/et benedicus/ quod vel non dicitur/ vt Valla inquit li. i. ca. 12. A volo beniuolus beniuolentior/maleuolus maleuolentior ita a facio/magnificus/vt hic dicitur/honorificus/mirificus/munificus/preter ſignificus. A loquor/grandiloquus/vaniloquus. Hec ille.

DE DERIVATIONE Superlatiui.

Si poſitiuus terminatur in r, ſuperlatiuus deriuatur à ntõ, addendo rimus, ut integer integerrimus, niger nigerrimus, uber uberrimus, pauper pauperrimus. Si non finitur in r, formatur à gtõ ſecundę declinationis, addendo s & ſimus. Vel à gtõ tertij ordinis, addendo ſimus, ut Docti doctiſſimus, Fortis fortiſſimus. Excipiuntur primo regulariter rimus habentia, quæ in bris terminantur ſeu cris, ut Celebris celeberrimus, acer acerrimus. Et hoc ſi hæc nomina, ut infra dicã, ita mouentur. Hic & hæc celebris, acris: & hoc celebre, acre. Si uero ita: Hic acer, hæc acris, hoc acre, regl̃r comparantur. Detero uerbum deterrimus,

rimus, uel regulariter à deter, & hoc uerius Maturus maturrimus, uel maturissimus. Credo tñ primum à matur, secundũ superlatiuũ à maturus regulariter descendere. Nuperus. i. nouus nuperrimus, Multus plurimus, Pridem primus. Saturus credo saturissimus habet, & satur saturrimus. Vetus ueterrimus, ab antiquo nomine ueter, nunc in usu non existente.

Excipiuntur secundo nouẽ hñtia simus, Ocyssimus à græca dictione ὠκυς. Nequissimus, à nequã. Penissimus, à pene sine comparatiuo. Penitissimus, à penitus. i. intrinsecus. Penitior interior, penitissimus, id est, intimus. Pessimus, à malus. Potissimus à potis. Et à facio composita, ut magnificentissimus à magnificus, bñficentissimus à beneficus, munificẽtissimus à munificus. Præter mirificus, à quo mirificissimus legitur. Excipitur tertio, unum habens fimus, ut infra infimus.

Excipiunt̃ quarto sex habentia limus regulariter,

Agilis agilimus, Tzierstwy/
Facilis facilimus, Snadny. Leicht
Gracilis gracilimus, Lybtzny/
Humilis humilimus, Pokorny/
Similis similimus, Podobny/
Docilis docilimus, Vtziedlywy.

Silr & hoꝝ cõposia, ut difficilis difficilimus, dissimilis limus. Excipit̃ quinto unũ habens nimus, ut minimus à paruus.

Excipiuntur sexto septem habentia timus.

Citra citimus,
Bonus optimus,
Dexter dextimus, Prawey/
Inter intimus, Wnytzrzny/
Extra extim⁹, l'extrem⁹, Zewnitrz
Sinister sinistimus, Lewey/ Linck
Vltra ultimus, Dale.

Excipiuntur septimo tria in remus,

Extra extremus, uel extimus,
Supra sup̃mus, uel summus, ait Sulpitius.
Post postremus: alij hęc à nominibus deriuari uolunt. De hoc uide Lancil. li. 7. ca. 2.

Octauo, excipiuntur tria habentia ximus. Mediocris, mediocximus. Magnus, maximus. Prope, proximus, quod superlatiuum aliquando accipitur pro cognato. Sic positiui significationem habet, & comparatiuum proximior sine superlatiuo habet. Vnde, Si quis sine liberis discesserit, proximiores succedãt non uolo propiores, sed agnatos.

Adolescens, Odrostly/ Jüngeling.
Ante, Naprzed/ Vor.

Nono, excipiuntur octo, quę non habent superlatiua, Diues, dis uero ditissimus habet, Bohati
Idoneus, Hodny/
Iuuenis, Mlady/
Rudis, nec comparatiuũ habet, Hlupy/
Senex, Stary/ Alt.
Memor, nec cõparatiuũ habet, Pamatliwý.

Perpulcher ita comparatur. Perpulcher, multo pulchrior, quàm pulcherrimus. Ita cõparatur omnis positiuus cũ per iunctus. Disputat Lancilot. quẽ uideas â nomine tm̃ comparatiua superlatiuaq; deriuari. Quę quidẽ disputatio, ut ipse ait, curiosa est. Idcirco p̃termittamus eam. Brassicanus.

Nota/ quod in cõparatione non semper ad omnes gradus itur. Quandoqz enim cõparatiuus excutitur/ vt multus plurimus. Item/ Inclitus inclitissimus. Etiam a lentus deriuata. preter vinolentus/ qõ habet vinolentior/ et truculentus truculentior/ Sed illa/ plus/ strennuus/ turiseon sultus/ probatus/ falsus/ inuitus/ aduersus/ necessarius sine cõparatiuo.

DE GENERE TERTIO
Nominis accidente.

Genus, est nomen, cui p̃ponitur unus uel plures articuli. Genera aũt noĩm sunt septẽ, Masculinũ, Fœmininũ, Neutrũ, Cõe Omne, Dubium uel incertum, Epichœnũ uel promiscuum.

Ex his duo sunt genera nature / Masculinum scilicet et Femininum/ que sepissime nominum significatu cognoscimus. Cetera vero autoritate et regulis constant. Hec Brasi.

Masculinum genus, est nomen declinatũ per articulum hic ut hic poëta. Fœmininũ, est nomen per hæc declinabile, ut hæc amita, matertera, socrus, succidia, nausea. Neutrum, est nomen

nomen declinabile per articulum hoc,ut hoc atramentum,hypocauſtum. Cõmune, eſt nomen per hic & hæc coniũctim declinatum,ut hic & hęc parens. Omne genus, eſt nomen per hic & hæc & hoc declinatũ coniũctim. Dubij ſeu incerti gñis,eſt nomen p hic uel hæc diuiſim declinabile, ut hic aut hęc dies: hic uel hæc finis. Epicœnũ uel promiſcuũ genus, eſt nomẽ ſub una uoce & uno articulo animalia utriuſq; ſexũ ſignificans,ut hic pauo, hęc aquila,herodius. Motio accidit nomini, & ſub gñe comphenditur. Motio em̃ non eſt aliud q̃ genus nominis. Et mouere non eſt aliud quám genus noĩs exprimere, ut hic uenuſtus,hæc uenuſta,hoc uenuſtum. Hic & hęc gracilis,& hoc gracile. Hic & hęc & hoc audax,uorax Solum aũt & oẽ nomen adiectiuũ mouet. Sed de gñe in regula plura dicam.

DE NVMERO.

Numerus ſingularis,Eſt nomẽ ſingl'r prolatũ.i.q̃d cũ unus, una,uel unum congrue conſtruitur,ut Vnus hõ, Vna domus, Vnũ animal. Numerus pluralis,Eſt nomen pl'r prolatum.i. quod congrue cũ plures uel plura conſtruitur, ut plures equites,plura animalia. Braſſicanus.

Quedam ſunt ſingularia poſitione/pluralia vero intellectu/vt Populus/turba/plebs/conuentus. Aliqua poſitione pluralia/intellectu vero ſingularia/vt Athene/Thebe. Dicant pueri contra priſc. opinionem. propria nomina pluralem habere numerum. Legimus enim/Antonios et Ciceriones/et c. Imo et Greci/quos Latini imitantur/vtroq; numero proprijs vtuntur nominibus. Vide Lancilot. lib. 3. cap. 44.

DE FIGVRA.

Figura, Simplex,Eſt nomen indiuiſibile in partes dictionales,ut Animus,peſtis.

Compoſita,Eſt nomen ex diuerſis dictionibus connexum,ut Magnanimus,peſtifer.

DE CASV.

Caſus,Eſt gradus declinationis. Et ſunt ſex. Duo Recti. Nominatiuus & Vocatiuus. Quattuor Obliqui,Genitiuus,Datiuus,Accuſatiuus & Ablatiuus. Ntũs dicit̃, quia per eũ no-

minatio fit,ut Quid id est? Rñdetur,Homo,lignũ,mensa. Virgil. Dicitur & nominandi casus. ¶ Gtũs,quia generat oẽs obliqs sequentes. Secundũ gtĩ enim crescentiam cæteri casus crescunt,Dicit & ille patrius,ltẽ & possessiuus,quia possessionem significat,ut Cęsaris arma. Dicitur q̃q; gignendi & generandi casus. ¶ Dtũs, à dando dr̃, ut Do tibi rem. Dicitur & commendatitius,quia cõmendationem significat. ¶ Actũs, uel accusandi casus,uel causatiuus,quia aliqd causari ostendit. ¶ Vctũs,uocãdi casus. Dicitur & salutatorius à uocatione, uel salutatione. ¶ Abltũs,auferendi casus, uel sextus, dicitur ab aufero,Qui & latinus uocatur,inquit Aldus,quia Gręci eo carent. Sub casu persona comprehenditur. Omne autem nomen cuiuscunq; casus,tertiæ personæ existit, præter uocatiuũ. Nam omnis Vtũs secundæ personæ est.

De Casu septimo,ex Brassicano.

Casus septimus dicitur/quia est ablatiuo similis/sed sine prepositione. Et varijs modis profertur/vt Oratore magistro. Et cognoscitur quatuor modis/autore Diomede. Primo/ quãdo per participium fit elocutio/vt Fit sonitus spumãte salo. Secundo/in persona/vt Te precepto re literas didici. Tertio/quando prepositio figurate subtrahitur/vt Voluntate latrocinandi. Vltimo/quãdo oratio latina verbo deficit/vt Nullo timore hostium casta irrupit/Quam resolue/non timens hostes. Sunt qui octauum casum superaddunt qui fit/ cum quid per accusatiuum cum prepositione dici deberet / per datiuum tamen sine prepositione dicitur/ vt Virg. Clamor it celo/Subeunt muro. Quod aliter dici possit/ Clamor it in celum. Subeunt ad murum. Hec Sergius.

¶ Distichon Iaco. Henrich. ad discipulos suos.

Ediscas oro puer has formas generales.
Nominis ut noscas dicere quodq; genus.

SEQVVNTVR REGVLAE Generales.

¶ Prima, De nominibus Masculinis.

Propria nomina uirorum,angelorꝝ,& fluuiorum. Et nomina appellatiua mensium atq; uentorum, & quorum significatio uiris tantum congruit,masculina sunt.

EXEMPLA DE

Proprijs

Rex

12

Propriis Virorum: Cicero, Virgilius, Hyppocrates, Georgius, Iuppiter, Mars, Mercurius, Plato.

Propriis Angelorum: Gabriel, Michaël, Pluto, Belial, sunt enim boni & mali angeli.

Propriis Fluuiorum: Nilus, Neccharus, Danubius, Hister.

Mulucha, Numidiæ fluuius: Thuria, Hispaniæ fluuius, magis figurate masculina cum neutris iunguntur. Prisci. lib. 6. ut si dicam, Tyberis flumen. Volo q̃ hic aduertas discasq̃ regulam hanc Ioannis Reuchlin, quam tibi dedit in grãmatica Hebræa. Communiter nomen Hebraicũ, cuius plurale terminatur in im, arbitramur esse generis masculini. Omne uero nomen cuius plurale terminatur in oth, iudicamus esse gene. fœ. Exemplum: Dabar dabarim, hoc est, uerbum uel res gnis masculini. Sabaa, plurali sabaoth, ge. fœm. Errauit ergo Alexand. de uilla, Iudæi plurimosq̃ secum errare fecit, cum præcipit: Dicito neutra plurali numero, Cherubin, seraphimq̃ beata. Ego enim affirmare ausim, nullum nomen Hebræum neutri gnis.

Appellatiuis mensium:

Ianuarius, Leden/
Februarius, Unor/
Martius, Brzezen/
Aprilis, Duben/
Maius, May/
Iunius, Czierwen/
Quintilis,
Iulius, Czierwenecz/
Augustus, Srpen/
Sextilis,
September, Zarzi/
October, Lyssopad/
Nouember, Rzigen/
December, Prasinecz.

Nominibus Ventorum:

Eurus, Orientalis uentus.
Auster, Meridionalis uentus, Græce νότος.
Fauonius, aduersus Eurũ flat. Aquilo orientalis.
Subsolanus. i. Eurus, primũ latinũ, secundũ græcũ.
Boreas Aquilo, primum græcũ, secundũ latinum.

Nomi-

Nominibus uentorum Vulturnus, hi sunt igitur tres orientales uenti, Aquilo, Vulturnus, Eurus.
Corus, aduersus Aquilonem flat.
Zephyrus græcũ, latine Fauoniũ significat.
Aphricus, aduersus Vulturnum flat.

Et quoꝝ significatio uiris tm̃ congruit, ut Pontifex, Socer, Gener, Auus, Frater, Mas, Magistratus, Patruus, Carnifex, Priamides, Atauus, Latrunculator, Bractearius.
Biskup/Sswagr zieny mee otetz/ Zet/ Dieď / Bratr/ Sametz/ Kontzielstwo/ Streitz/ Kat/ Syn Priamuow/ Pradieď / Krewni sudtze/ Zlatotepetz.

Excipiuntur à regula quatuor nomina fluuioꝝ fœmi. gñis: Alia, flumen, xi. lapides ab urbe distãs in uia Tiburtina. Styx: Lethe, duo inferorum flumina Albula, Tyberis est.

Hæc neutra sunt: Plemyrium, fluuius Siciliæ Aphrosim: Crustumium, Armenię flumen, Mutul, Iader, Rhenum, apud Hora. in poët. Rhenus tamen in masculino frequentatur.

SECVNDA REG. Generalis.

Propria nomina mulieꝝ, & cõmuniter urbium, & appellatiua arboꝝ, & nomina quoꝝ significatio mulieribus tm̃ congruit, fœminina sunt. Exempla de proprijs mulierum.
Anna, Maria, Catharina, Ioanna, Appollonia, Minerua, Ceres Iuno, Pallas, Venus. Exempla de proprijs urbium.
Praga, Pelsna, Brunna, Iglauia, Parthenopolis, Vlma, Treueris, Agrippina. Exempla de appellatiuis arborum.
Quercus, Dub/ Amarillus, Marunka/ Pyrus, Hrusska/ Cupressus, Cypriss/ Amygdalus, Mandl/ Laurus, Bob.

Exempla de appellatiuis Mulierum.

Obstetrix, Baaba/ Nutrix, Chuwa/ Socrus, Sswakrynie/ Saga, Cziarodegnice/ Diabolaris, Kurwa/ Vxor, Manzielka / Ambubaia, Taulawa ziena meb ktera hude na kolowrat/ Matrona, Nerine. Sed Scortum, Hurwa/ neutrum est.

At urbium nomina in um neutra sunt, ut Friburgum, Olomuntium.

muntium Ticinum. Neutra quoq; sunt in e,r, & t, ut Prænestæ,uel hæc prænestis,oppidum Italiæ. Tybur,oppidum ad sextumdecimum lapidem ab urbe,Hinc Tyburs nomen gentile,& tyburtinus. Sutul item apud Salustium neutrum reperitur. Et plura alia non subiacent regulæ, ut apud Poëtas & Oratores reperies. Ideo dixi communiter in regula.

Brassicanus:

Tamen nomina verbium quedam pluralia masculina sunt / vt Parisij/Gabij/ Philippi. Quedam feminina/vt Mycene/Athene/Thebe. Quedam neutra in a/vt Hieroſolyma/vt testatur Suetonius. Tamen dicitur Hieroſolyme/arum. etc.

¶ Excipiuntur arborũ nomina masculi generis.

Hic Lybanus,arbor thus producens tam masculi.quàm fœminini generis. Hic Spinus,arbor bruni, Slywa. Sed hæc spina sentis dicitur, Trn/Hic oleaster, Oliwa/Rubus, Kerz/etiam Krzewie. Hic Dumus, Chrast/neb Hausst/quem quidam à nemore non distinguunt. Hic Vepres. Frutex,qui ad iustã arboris magnitudinem non assurgit, & statura similis est multis herbis,sed non demoritur nec arescit ut herba.

Hoc Balsamum,arbor, Balsañ/ Opobalsamũ,succus. Carpobalsamum. Xilobalsamum,arboris lignum,dicit Seruius,ut eum allegat Nestor. Arboris tamẽ succum Balsamum quoq; Hieronymus appellauit. Cinamomum & cinnamum pro eodem, Skorzitze/Suber,arbor glandifera. Hebenum neutrum uel hebenus fœmi.arbor in India uel Aethiopia nascens. Hæc buxus,& hoc buxum,ait Nestor, Pusspan/ Bdellium, arbor incognita. Thus,& quædam alia. Siler.

TERTIA REG. GENERALIS,

De nominibus neutri generis.

Nomina literarum & syllabarum,ac materialiter sumpta. Nomina quoq; fructuum ex arboribus, communiter neutra sunt. Exempla de literis,ut A,b,c,d: Alpha,Beta,Gamma: Aleph,Beth,Gimel. Materialiter sumptis. Cicero est nomen, Lego est uerbum,Iacobus est dictio quadrisyllaba. In his locis.

D Cicero,

Cicero, lego, Iacobus, nomina neutri generis sunt, & indeclinabilia, sed nomen sumptũ materialiter, est nomen sumptum ꝑ seipso & non pro significato suo. Non enim uolo Oratorẽ q̃ndam clarissimũ nomen esse, sed hanc dictionẽ Cicero, nomen esse dico. Oĩs em̃ parsoronis ait Lancil. cũ subijcit̃ uerbo, efficitur nomen, uel habet uim noĩs, ut Amo est uerbũ. Et, est præpositio, & similia. Dialectici materialiter poni dicunt.

Fructibus arboꝝ, ut Pomũ, pirũ, corylũ. Id aũt non est uniuersale, quia plura excipiunt̃, ut auelana, castanea, ficus, glans, nux, oliua, fagus, q̃ fœm. ꝑ regulas speciales. Brassicanus:

Pomum Jablko/Apfel. Pirum Hrusska/Pirn. Corylum Lyskowy worzech/Haselnus. Juglãs Wlasky worzech. Castanea Kasstan. Ficus Fik. Glans Zialud. Aichel.

¶ Nomina que significant loca arborum/sunt similiter neutra/vt Coryletum/dumetũ/lauretum/quercetũ/salicetum/pomarium/castaneum.

Pomum, est nomen gñrale oĩm fructuum, qui ex arboribus esui apti proueniunt, duri & mollis corticis. Iuglans, nux auellana, ex arbore qua est corylus.

QVARTA REG. Generalis.

De communis gñis nominibus.

Nomina, quoꝝ significatum, & uiris & mulieribus conuenit, nisi de uoce in uocem moueantur, communia existunt.

EXEMPLA.

Sueuigena, Sswab. Homo, Czlowick. Pincerna, Ssenkirz. Aduena, Host neb. Przychozny. Exul, Wypowiedeny. Aethiops, Maurzenin. Martyr, Mucziedlnik. Siluicola, Podlesak/neblesni. Conuiua, Kwasitel. Tolentinas. Hydraules, Warhanik. Cœlicola, Nebesky obywatel. Dux, Wuodtze. Auscales, Pisstietz na barborku. Musicola, Turca, Turck Vtricularius, Virgo, Panitz nebo panna. Incola, Obiwatel. Proxoneta, Mienitel. Dixi, nisi de uoce in uocem moueantur, ut hic Sueuus, hæc Suæua: Hic Græcus, hæc Gręca: Hic monachus, hæc monialis. Elegantius uero dicitur, Virgo uestalis, Hic adiutor, hæc adiutrix.

Hæc

Hæc partim duabus uocibus mouẽtur, ut Hic & hæc Athenienſis, & hoc Athenienſe. Partim tribus uocibus, ut hic Romanus, hæc Romana, hoc Romanum.

QVINTA REG. Generalis, De Communibus, & quæ neutris iungi poſſunt.

Nomina quorꝝ ſignificatio utricꝫ ſexui cougruit, & ſimul neutris coniungi poſſunt, ſunt gñis omnis, ut audax, Smiely/ Kůne. Cõtumax, Od porny/ Verachter. Amans, Milowny Liebhabende. Diligens, Pilny/ Liebende. Miſericors, Miloſrdny/ Barmhertzig. Et hęc ſequentia, Hic & hęc & hoc dives hebes, Hlaupy/ Doll. Teres, Wobly/ Rondt. Comes, Spolu wandrowny/ ein Wander geſel/ oder ein Graue. Hoſpes, Hoſt/ ein gaſt. Soſpes, Zdraw. Quies, Odpodtzinuti/ Růhe. Inquies, Nepokogney/ Vnruhe. Prępes, Richley/ ſchnel. Perpes, Wieczney / Ewig. Locuples, Bohatey/ Reych. Vigil, Bedlywey. Pauper, Chudey/ Arm. Vber, Zarodney/ Frucht par. Haud obſcurum eſt hęc nomina communis eſſe generis, coniuncta tñ neutris reperiuntur, uel imprimis, in obliquis.

Dives, Val. Max. Dives & præpotens naturę regnum.
Hebes, Iuuena. Hebeti ferro.
Teres, Virg. Sed hoc tereti mos eſt aptare ſta.
Comes, Reperit in Lu. Rex nos ſuma ſequat impiũcꝫ comes.
Auerna prope puteolos locus quidā. Baltea siue baltei, Carbasa, Dindyma, mons Phrygię. Garga na, penulti. prod. mons Apuliæ. Gargara, gargarus est lacus, gargara uero cacumen montis. Idæ ideo non est heteroclitum, sed defectiuum. Inferna, Ismara, mons Thraciæ. Ioca siue ioci. Loca siue loci. Massica nomen montis. Menela, mons Arcadiæ. Pilea montis nomen. Sibila & sibili. Suppara & suppari, sed supparū dici, probat Lancilotus. Tartara, locus infernalis. Tęnera, promontorium Laconiæ, ubi ad inferos dicitur esse descensus. Ostenditur enim ibi quædam prærupta uorago.

Hęc noīa in singulari, fœmin. In plī, neutra sunt.

Supellex, arbutus, intyb⁹, pergamus, altilis, sed magis ꝓprie adiectiue declinari debet, ut hic & hæc altilis, & hoc altile. Nā altilis piscis, altilis auis, altilis quadrupes, qui saginatus est, Armny schot/ein gemester vogel oder wilpraet.

Hęc noīa neutra sunt in sing. In plī, neut & masc,

Argū, cœlū, rastrū, claustrū, forꝫ, Trh/ein marckt. Frenum Vzda/ein Zaum. Filū, Nit/ ein fadē. Porrū, Lauk. Capistrū, Ohlaw. Rastrū dr etiā raster, ut uult Calep. Hrabie/ein rechē

Balneum, epulum, delicium, in singulari neutra, in plī fœmi. sunt balneæ siue balnea in plurali, à quo balneator ge. communis, teste Seruio. Balneatricem tamen legimus inquit Nestor,

& sīā

& si à uerbo non ueniat. Noĩa q̃ deficiunt numero uel casibus male à triuialib. heteroclyta dicunt̃, sed defectiua. Lãcilot.

¶ Quædam quarto & quinto declinatu (ex ueterum declinatione) omissa hac appendice annotantur.

Nota/ quod nullum nomen huius ordinis grece declinatur / aut grecos casus admittit. Nota etiam/ quod maiores nostri genitiuum quarti ordinis fecerunt in uis/ vt huius senatuis/ anuis/ domuis/ autore Gell. que apud nos sunt desita. Dicebatur etiam/ huius ornatus/ ornati. Questus/ questi. Tumultus/ tumulti. Exercitus/ exerciti. Euentus/ euenti/ quã declinationem Donatus in Andria/ archaismos vocat. Vide Gellium lib. 5. cap. 17. et Lancilot. lib. 3. cap. 41.

Sepe datiuus quarti declinationis in u desinit/ vnde Lucil. Qd̃ sumptum atque epulas victa preponis honesto. Virg. Quod neque concubitu indulgent: Idem. Teqz aspectu ne subtrahe nostro.

¶ Pro casibus pluralibus/ Ntõ actõ et vtõ.

Nominatiuus actũs et vocatiuus Masc. et femin. generis/ Gtõ singulari sunt similes/ vt Hi/ hos et o magistratus. Idus tamen plurale est.

Sepe genitiuus pluralis conciditur licentia poetarum. Virgil. Que gratia currum pro curruum: Veru tamen hoc casu deficit teste Priscia.

Plura sunt nomina huius ordinis que solum hñt nominatiuum/ accusatiuũ/ et vocatiuũ plurales/ vt Astus/ Socrus/ Nurus/ vt omnes socrus oderunt nurus. Sunt etiam que pluralem non habent/ vt metus/ penus/ Hec Brassicanus.

¶ De Quinto declinatu.

Quinta declinatio/ vt testatur Lancilotus/ latinorum est: Et solum femininorum/ preter dies/ quod singulariter est dubium / pluraliter duntaxat masculinum.

¶ De Genitiuo et Datiuo quinti ordinis/ preter vulgata ac superius dicta.

Pleraque veterum etas genitiuum huius ordinis declinauit/ huius facies/ huius dies. Virg. Libra dies somnique pares vbi fecerit horas. Veteres etiam per q̃ genitiuum declinabãt/ vt hic dies/ huius dij. Sic fames famij/ species specij. Cesar tamen in secundo de analogia huius die/ et huius fide dicendum putauit. Ouidi. Prima fide vocisque rate tentamina sumpsit. Idem in 6. Vtque fide pignus dextras vtriusque poposcit. Et Lucilli. in dandi casu. Et primnm inquit facie honestas accidit. Horatius similiter in datiuo/ Saty. 3. Quid faciam si furtum fecerit / aut si prodiderit commissa fide. Vide Gell. lib. 8. cap. 14. Quedam quinti declinatus penitus plurali numero deficiunt/ qualia sunt Fides/ scabies/ rabies/ sanies/ caries/ pernicies/ seuicies/ ꝛc. Expes autem solum habet uominatiuum et vocatiuum.

DE DEFECTIVIS NVMERO.

Masculina

HETEROCLITA.

Masculína plurali numero carentia.

Aër, æther, fimus, límus, teuton. mos, Bahno/etiam siertuch. Inde límosa palus, mundus muscus, moesz. Penus, pontus, puluís, sal, sanguís, sol, uesper. Soles plurale legítur, & quandoq; in sua significatione, quandoq; pro caloríbus. Quíntília. Vítandos soles atq; uentos nubila. Plini. Omnis terra ín hoc loco siccata solíbus. Item, pro splendore solís Item, pro diebus sed defectiuum est sol, quía genitiuum solíum non habet.

Hæc fęmínina carent secundo numero. Reperímus tamen in plurali, labes, luces, paces, soboles, uítas, & plura alía.

Amentía, Bezsinysslnost / Vnsinnigkait. Arena, Písek/ Sant. Auarícia, Lakota / Geytzikait. Caries, Znilost / Fuel holtz Contagio, Nakazienie / Befleckte kranckhait. Culpa, Winna/ Schuldt. Fama, Powiest / Gerůcht. Fames, Hlad/ Hunger. Fides, Fuga, Vtikanie/ Flucht. Gaza, Chalupa/ Schaetz. Gloría, Slawa/Die glorie. Labes, Posskwrua/ein Fleck. Lues, Sselma/ain plag. Pernícies, Smrt/ Todt. Rabies, Steklowost/ Wůttigkait. Sitís, Zizien/ Durst. Soboles, Tabes, Tellus, Zemie/Erd. Vecordía, Zatwrdielost/Hertikait. Salus, Dementía, Eloquentía, Wymluwnost/Aussprechlikait. Humus, Insanía, Paupertas, Penus, Sapientía, Senecta uel senectus.

Neutra hæc non declínantur in plurali, & multo plura his quære apud Lancílotum, Baratrum, Cœnum, Blato/Kot. Cordum, Wotawa/Grammet. Aeuum, Wiek/ Ewig. Fas, Slussnost/Czimlich. Fel, Fœnum, Seno/Hay. Gelu, Halec, Ir, Iusticium, Vskanie prawa//Ein auffzug am rechten. Letum, Lolíum, Kaukol/Vnkraut. Lutum, Macellum, Maszny kramy neb yatky neb tybnů aginych wssechwiezyk pokrinu/ Fleischbenck. Mane, quod quandoq; nomen est. Manna, nephas, níhílů, níhil, níl, pascha, pelagus, penum, Pitze neb Sspitze/ Keller. Pus, Hnug neb Zhinlost/ Aitter. Penus. Salum, Morze/das Meer. Sonium, Solum, Zemie/ Erdt. Ver,

M Vesper

Vesper, Wetzier/Abent. Virus, Viscum, Lep/ Vogel leym. Vitrum, Sklo/Glass. Vulgus. Et nomina pharmacopolarũ. Item, Triticum, piper, oleum, zinziber, Zazwor. Imber, Aurꝝ, argentum & reliqua metallorum. Et omnia noĩa propria locorꝝ, & forte q̃dam alia. Plura quoqꝫ ex p̃dictis in pl̃i reperies.

Noĩa propria hoĩm, pluralem numerꝝ habẽt. Legimus Cathones, Fabios, Pisones, Lẽtulos. &c̃. Cum enim apud gręcos habent pluralem numerꝝ, & quare apud nos non hñt? Ridendi sunt ergo dicẽtes. Vidi duos homines, quorꝝ nomen est Petrus. Vel, Vidi duplicẽ Petrũ. Sed dicẽdum est, Vidi duos Petros. Caue, ne adijcias, salua grammatica: testis est Lancilotus.

Masculina pluralia tantum.

Antes, cancelli, Mrzyzie/Gitter. Casses, Syt etiam Tenato. Fasti, fasces, Wotipla drzywie. Fori, gabij, gemini, Blyzientzy. Geniales, inferi, lares, Laruę, Krabosska. Schönbarth. Lemures, liberi, Dietij/kinder. Locri, ludi, luceres, maiores, minores, manes, mores, Mrawy/Sitten. Natales, optimates, primates, Starssij neb przednij/die öbersten. Penates, Domatzy bohowee/pisces, pro signo zodiaco. Posteri, primores, proceres, Wywyssenij neb vrozenij/Edeling. Quirites, sales, sentes superi, ueij, uepres. ¶ Fœmĩa pluralia tm̃.

Aedes, cũ domum significat, quia pro templo habet utrũqꝫ numerum, Ambages, antennę, ancię, athenę, amyclæ, baiæ, bigæ, blandiciæ, calendæ, cautes, ceremonię, clitellę, crates, cunę, decretales, dirę, excubiæ, exequię, exuuiæ, facetię, fores, Dwerze. Genę, grates, gratiæ, pro dijs, Diekowanie/Danck. Idus, illecebræ, induciæ, inferiæ, inficias, insidiæ, lactes, intestina, latebrę, literæ pro epistola, manubiæ, Laüpez ktera se w bogi stawa Minæ, Hruza/Drauwort. Nares, nonæ, nugæ, nundinæ, Rotzni trh. Nuptię, opes, Zbozij statek. Diuitię, paleæ, phalerę, plagę, primiciæ, reliquię, scalę, Schod. Scala autem singulare, Sziebrzik. Scopę, Chossisstie/Beßem. Sordes, Netzistota Suppetiæ, Pomotz/Hülff. Thebæ, Tenebræ, Tma/Finster.

Termę

Termæ, Wary neb teplitze. Teſpiæ, tricæ, trigæ, ualuæ, uelíteræ urbis nomen, quadrigæ, quiſquíliæ, Stromowy zlomky. De illís latius apud Laurent.

Neutra pluralía tantum.

Arma, bucolíca, charcheſia, claſſica, ceraunía, cibaria, cythara, pe. prod. pro inſula Veneris. Sed pro inſtrumento muſicali pe. cor. habet, & eſt ſingulare. Cunabula, exta, genitalía, georgica, ilía, inteſtína, Strzewa. Iuga, iuſta, lachana, lumína pro oculis, Wozij. Luſtra, magalía, Paſtuſſiechalupa. Mœnía, Czymburzy. Mapalía, natalía, Dny narozenie. Oſtia, ingreſſus fluuiorum, Oſtrea, Ziabiny. Palearia, Lalok v wola / Der keudel vnden an des ochſen halſs. Parentalía, Paſcua, Drahy neb paſtwy / Waidt. Precordía, Oſrdie / Gelüng. Pondo, roſtra, partes anteriores nauiũ. Seria, ſpolía, ſponſalía, Slyb neb lytkup / Verliebung. Tempe in theſſalía. Teſqua uinacia, illud q̃d remanet expreſſo uino, Treſtern.

Omnia quoq; numeralia abſoluta, quæ referũtur ad Tot & Quot. Item omnia ludorum, feſtorumq; nomina atq; ſacrificiorum, tantum pluralis numeri, ut Saturnalía, Vulcanalía, Dionyſia, Orgía, Bacchanalía, Cerealia, liberalía. Quinquatria feſta Mineruæ. Multa quoque ex prædictis ſingularia reperies. Lege doctos, reperies enim latebra, Skreyſſie. Biga, Kary / Karn / ut probat Lancilotus.

Carẽt uocatiuo omnia diſtributiua, ut Omnis, quilibet. Negatiua, ut Nullus, nemo, neuter. Interrogatiua, ut Quis, qualis, uter, quantus, quot. Relatiua, Talis, tantus.

Item omnia pronomina carent uocatiuo, præter Tu, meus, noſter & noſtras, quæ habent uocatiuum.

Item carent uocatiuo habentia ius in genitiuo, ut Alius, alter: præter Vnus, totus, ſolus, quæ non carent.

Item res inanimatę ſecundi flexus carent uocandi caſu, niſi figurate per proſopopeiam enuncientur, ut Locus non dicitur inflexu loce, Iocus ioce, põtus põte, clauus claue, uẽtus uente,

calceus calce,ludus lude,murus mure,oculus ocule, naſus naſe,populus popule, pro arbore per apoſtrophon dixit Ouidi. Populе uiue precor,pro gente,ò populus & popule.Hęc Lancilotus. Fors,id eſt,fortuna caſum duntaxat habet auferendi forte. Sponte,Dobrowolnie/unicus ablatiuus. Reperitur tamen ſpontis in genitiuo. Flamine, unicus ablatiuus,id eſt,uentus.In plurali uero nominatiuo,accuſatiuo,&uocatiuo flamina,datiuo & ablatiuo flaminibus. Iuſſu, permiſſu, maſculina ablatiui caſus tantum. In ſecunda tamen declinatione, hoc iuſſum,permiſſum,& hæc iuſſa,permiſſa,probat Mancin. Viſcere, unicus ablatiuus in ſingulari, in plurali integre declinatur,quãquam & in ſingulari nominatiuus, accuſatiuus cum uocatiuo reperitur uiſcus,ſed tamen perraro.

Obice,unicus ablatiuus in ſingulari. In plurali integre declinatur. Præcis præci,rectis caret in ſingulari. In plurali habet omnes caſus præces. Ditionis genitiuus, ditioni, ditionem, ditione in ablatiuo,cæteris caſibus caret.

Tabi genitiuus,tabo datiuo & ablatiuo ſecundi ordinis,nõ habet plures caſus. Tabum item reperitur. Tabes nominatiuus,tabis in genitiuo,accuſatiuo tabem,abtõ tabe tertij ordinis,non plus. Suppetię nominatiui & uocatiui caſus plurali tantum,accuſatiuo ſuppetias,alijs caret. Inficias unicus accuſatiuus pluralis conſtruitur cum uerbo eo, ut eo inficias,id eſt,nego.Tu is inficias,id eſt,negas. Lues nominatiui & uocatiui caſus,luem in accuſatiuo,lue in ablatiuo. Plures caſus non habet. Item Mors, non eſt inter defectiua. Dicimus enim,mortes,mortium,mortibus,probat Lancilotus.

Aſtus nominatiui caſus, quarti ordinis, huius aſtus,ab hoc aſtu.In plurali aſtus habet. Aleo,Ganeo nominatiuum habent & uocatiuum tantum.Reperitur & ganeonem. Tantundem in nominatiuo & accuſatiuo,&tantidem in genitiuo.

Plus in nominatiuo & accuſatiuo,genitiuo pluris.In plurali plura uel pluria,& plures habet,& omnes caſus plurales.

Opis

farba

Opis gtūs,opem,ab ope.In plurali integre declinatur.

Vicis gtō,actō uicem,abltō uice.In plurali uero omnes casus habet p̄ter genitiuū. Crux caret gtō plurali,teste Lanci.

Pax,in plurali paces habet,ut uult Lancilo. Femine ablatiuus sine ntō.Non enim dici femen probat Lancilot.

Mactus,macte in utō,& hi macti in plurali & macto legit̄.

Huic frugi,hanc frugem,á fruge. In pl̄i omnes casus habet. Antiqui & frux & fruges ntōs habuerunt. Præsto,nomen, aliqui per omnes casus intellectus uariant: alij nominandi casu tantum accipiunt, q̄d magis laudo. Significatq̄ cōmode sine intermissione assistentem & paratum ad seruiendū uel aliquid agendum,ut Sum tibi præsto. Cicero pro Lu Mu. Ius ciuile didicit, multum uigilauit, laborauitq̄ præstō multis.Hoc Lancilotus lib.7.cap.23.

Hæc Vis,huius uis,hanc uim,â ui. Pluraliter,Vires,uirium,uiribus.Omnes casus habet.

Expes,ntm̄ tantum habet & utm̄, compositum noīs spes.

Aes,far,forum,ius,mare,morum,mulsum,mel,os,ordeum, rus,thus, in plurali tris tantummodo casus habent, nominatiuum accusatiuum & uocatiuum,ut Aera,farra,fora, iura,maria,mora,&c̄.Reperitur tamen æribus & ærum. Item iuribus legimus & maribus,& moris inuenitur & oribus.

DE HETEROCLITA Declinatione.

Hæc noīa sunt secundi uel quarti ordinis.

Arcus,tam mascul. q̄ fœmin. reperitur, inquit Nestor pro omni significato,Dauha Kampauch neb Gizba w ſ̈klenuti ein Schwidbagen.Colus,instrumentum mulierum, gen.fœ. Cornus,arbor,Loh/Dorn.Dumus,ficus,laurus,lacus,pinus, tam masc.q̄ fœmin.gene.Quercus,Cæstus æ diphthongo scribitur,cum â cedo deriuetur quarti ordinis.Reperitur tm̄ & secundi ordinis.Pro quo uide Nestorem,Woianſ̈ki tzepy/ Flegel.Cestus autem huius cesti secundæ tantum declinationis absq̄ diphthongo generis fœmin.& masc.reperitur,uarium si

gnificat, quod proprie apud nos dici poteſt acu pictum, uulgariter, Wyſſiwanie/ Auſsgeneet arbait.

Hilarus ſecundi ordinis, uel hilaris tertij. Item perennus uel perennis. Sic compoſita à ſequentibus nominibus, ſecundi uel tertij ordinis.

Arma	Inermus	Inermis, Bezbrogny/vngewapnet
Animus	Vnanimus	Vnanimis, Sworny/ eintraechtig
Barba	Imberbus	Imberbis, Bezbrady neb mlady.
Cæra	Syncerus	Synceris, Czisty nepoſſkwrnieny.
Cliuus ut	Procliuus uel	Procliuis, Nachilny/Krum.
Firmus	Infirmus	Infirmis, Mdly nemotzny/kranck.
Frenum	Effrenus	Effrēis, Neposluſſney ſwywolney
Iugum	Bijugus	Bijugis, Dwogſprzezny.
Bacillū	Imbecillus	Imbecillis, Mdly Potrzebny.
Neruus	Eneruus	Eneruis, Bezſyly etiā mdly/erlamt

Sic quoq; limus uel limis, id eſt, tranſuerſum. Enormus uel enormis, Welyky hruby/Scheußlich. Incolumus uel incolumis. Hęc Neſt. Zdrawy/Geſunt. Semiſomnꝰ uel ſemiſomnis Frequentius tñ hoc in ſecūda q̄ in tertia reperitur, inquit Lauren. Val. Vas uaſis, ſingularis numeri, tertij ordinis. In plurali, ſecundi, uaſa uaſorū, Nadoba/ein faſs. Euentus, Przihoda/zufall. in utroq; numero maſc. ge. & quarti ordi. ut Viſus. Hoc uero euentum, hæc euenta facit, autore Cice. in partitionibus, & Lucretio lib. 1. Aduentus, Przigiti/zukunfft/ huius aduentus, uel huius aduenti declinari poteſt, ait Neſtor.

Iugerum, ſecundum Mancinel. & Neſtorem in ſingulari ſecundæ declinationis. In plurali, tertia, Getro na poly/ ein morgen ackers. Inueniuntur tamen iugeris & iuger caſus ſingulares in tertia, & non plures. Hoc tamen modo Lācilotus declinat, Iugerum, iugeris, iugeri, iugero uel iugere: Iugerorū uel iugerum, iugeribus, iugera, notum eſt.

Heſperus ſeu ueſperus, eſt ſtella, quæ ante noctem apparet, quæ etiam ueſper dicitur. Ante lucem uero lucifer dr̄, Denitze.

Vnde

Vnde fit, ut aut extrema pars diei, seu magis noctis principiũ, uesper neutri ge. sine plurali dicatur, Wezter. Vel uespera in fœminino, uel uesperum in neutro genere. Vesper etiam uesperis in masculino Virgi. utitur. Vnde qui in principio noctis aliquem salutare uolunt, bonum uesper dicere consueuerunt. Quod magis censeo probandum, quàm q̃ â plerisque dicitur, bonum sero. Cum enim sero aduerbium sit, & tarde significet, mala imprecatio est, optatq̃. ut bonum tarde ueniat. Melius sane & elegantius diceretur, Bonum serum, siue fœlix serum. Nam serum diei apud receptos legitur. Hæc Perottus. Alia de nomine uesper supra diximus.

Domus, in secunda declinatione singulari, Hęc domus, huius domi, sine datiuo, hanc domum, sine utõ, ab hoc domo. Plr harum domorꝫ, has domos, cæteris casibus non utimur, Domus, in quarta singul. Hęc domus, huius domus, huic domui, hanc domum, ò domus, sine abltõ. Plr, hę domus, harꝫ domuũ his domibus, has domus, ò domus, ablatiuo ab his domibus.

Hic Iesus, huius Iesu, huic Iesu, hunc Iesum, ô Iesu, â Iesu.

Moses, penult. produ. uel Moyses. Hic Moyses, huius Moysis, huic Moysi, hunc Moysen, ô Moyses, â Moyse. Dicitur & Moses, Mosis, Mosi, ut Achilles, huiꝰ Achillis & Achilli. Item Moses Mosæ, ut Anchises Anchise declinatur.

Sunt & alia nomina quæ duplicis sunt declinationis, ut Elephantus in secunda, uel Elephas in tertia. Sic Delphinus uel delphin declinatur. Et plura alia quæ relinquo lectioni uestræ optimi adolescentes. Postquam enim hæc mea præcepta tenueritis, ex lectione Virgiliana & Ciceroniana, cæterorum Poëtarum & Oratorum plura cognoscere poteritis, quæ studiose ego prætermisi, ne prolixitate difficultatis uestros animos molestarem. Scit enim magnipotens deus, quàm ego semper uobis prodesse studuerim: iudicẽt de me inuidi rancido ore quicquid uelint.

DE PRONOMINE.

DE PRONOMINE.

PRONOMEN (ait Donatus) est partoratio-nis, quæ pro nomine posita, tantundem penè significat, personamq; interdum recipit. Clara est hæc diffinitio, nec alium ipsius traditurí sumus intellectum, qui prolixus intellectus à multis grammatistis datus & inuentus puerile obnubilat ingenium. Accipe tu puer, quindecim esse pronomina, nec plura. Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is, meus, tuus, suus, noster, uester, nostras & uestras. Ex illo scis, quæ nam dictio pronomen existat. Si em̄ inter numeratas ponit̄, est pronomen: si nō, nec pronomen erit.

Et pronomina iam enumerata sic in Nominandi casu vulgariter editi cuntur. Ego/Ja/Ich. Tu/Ty/Du. Sui/Swyho/Seines. Ille/Ten/Der. Ipse/On/Er. Iste/Tento/Dieser. Hic/Ten/Der. Is/Onen/Gẽner. Meus/Muog/Mein. Tuus/Twuog/Dein. Suus/Swuog/Sein Noster/Nass/Vnser. Vester/Wass/Encker. Nostras/Gedẽz nassich kraginuow/Vnsers. Vestras/Z wassich/Enckers.

ACCIDENTIA Pronominis.

Pronomini accidunt, Species, genus, numerus, figura, persona, casus.

SPECIES.

Species diuiditur, in Primitiuam & Deriuatiuam. Primitiua pronomina sunt: Ego, tu, sui, ille, ipse, iste, hic, is. Deriuatiua sunt septem reliqua, Meus, tuus, suus, noster, uester, nostras & uestras. Ab ego nanq; meus, noster & nostras descendunt. A tu, Tuus, uester, & uestras ueniunt. A sui, fluit suus.

GENVS.

Genera pronominum sunt quinq;. Masculinum, Fœminum, Neutrum, Commune, & Omne.

REGVLA DE PRONOminum generibus.

Ego, tu, sunt generis omnis. Nostras & uestras, sunt communia. Nostrate & uestrate, neutra. Cætera omnia mouentur & sub prima uoce, masculina sunt. Sub secunda, fœmin. Sub tertia

tertia, neutri generis existunt, ut Meus, mea, meum.

NVMERVS.

Quædam pronomina singularia sunt, ut Ego, ille, meus. Quædam plurialia, ut Nos, illi, mei.

FIGVRA.

Quoddam pronomen est simplicis figuræ, ut Hic, iste. Quoddam compositæ, ut Illic, idem.

Quinq; modis componitur pronomen. Cum nomine, cum seipso, cum aduerbijs, cum ꝓpositione, cum syllabis quibusdã.

Primo, pronomen componitur cum nomine, ut Huiusmodi, eiusmodi, illiusmodi. Hæc in omnibus casibus, sub una uoce uariantur. Similiter totidem.

Secundo, unum pronomen componitur cum reliquo.

Primo ille & iste componuntur cum pronomine hic, ut illic istic, quę declinantur in illis duntaxat casibus, ubi hic retinet c, præterquam in datiuo, ut illic, illec, illoc: illunc, illanc, illoc: ab illoc, illac, illoc. In plurali neutro genere illec. Sic istic declinatur. Secundo, me, te, se, geminantur, ut meme, tete, uel potius tute, sese, quæ accusatiui casus sunt: habent tamen & ablatiuũ. Tute nominatiui casus & uocatiui. Tertio cũ ipse, egoipse, tuipse. Hæc per ambos rectos uariantur. Tertio, pronomen componitur cum aduerbijs. Primo, pronomen is, componitur cũ aduerbio demum, ut idem, iterum, is, & declinatur idem sicut is, semper adiuncta cauda dem. Idem, eiusdem, eidem, eundem &c̃. Secundo, nominatiuus ego. Datiuus, mihi. Accusatiuus, me. Reperitur componi cum aduerbio ne, ut Egon, id est, ego ne: men & mihin, id est, mihi ne. Postremo is & ille cõponuntur cũ abuerbio ecce, ut eccum, ellum. Eccum, id est, ecce eũ. Ellum, id est, ecce illum, & declinantur in accusatiuis in utroq; numero & omni genere. Ellum, ellam, ellum. Ellos, ellas, ella: sic eccum. Lauren. tamen Valla hęc uult esse aduerbia demonstrandi non pronomina. Et ita resolui debere. Eccum ecce, hic intellige uirum de quo loquebamur. Ellam ecce illic, fœminã

de qua agebatur. Vide Lancilotum capite tertio. Quarto, mecum,tecũ,nobiſcum,uobiſcum compoſita ſunt ex p̃poſitione cum,& ablatiuis tantum. Quinto, pronomen componitur cum quibuſdam ſyllabis non ſignificatiuis. Primo,pronomen hic & compoſita eius componuntur cum cine,,ut hiccine,illiccine:& uariantur adiuncta hac ſyllaba.Secundo,cum ce,ut huiuſce,illiuſce.Et declinantur in caſibus,in quibus pronomen tenet s,ut hoſce,hiſce.Tertio,quinq; ablatiui,mea,tua, ſua,noſtra,ueſtra,componuntur cum ſyllaba pte,quæ tantum operatur, quantum ſyllaba met, ut meapte, ſuapte, ueſtrapte, noſtrapte.Reperimus & ſuopte,meopte,tuopte. Et iſti ablatiui cum ſyllaba ptim iungũtur,ut meaptim,tuaptim,ſuaptim.

Vltimo,cum met iunguntur pronomina primitiua,ut Ego met,tutemet,ſuimet,ipſemet, illeme , & ſola hæc declinantur ut ſimplex:carent tamen genitiuo plurali , & tumet non dicitur,ſed tutemet,ne uerbum eſſe uideatur.

PERSONA.

Tres ſunt perſonæ pronominis.Prima,ut ego,cum ſuis obliquis,quia iuguntur uerbis primæ perſonæ.Secundæ perſonæ, eſt Tu cum ſuis caſibus,& Vocatiuis omnium pronominum, quia conſtruuntur cum uerbis ſecundæ perſonæ. Tertiæ perſonæ, ſunt reliqua omnia pronomina, quia cum uerbis tertiarum perſonarum iunguntur,ut ille,meus.

CASVS.

Caſus pronominum ſunt ſex:Nominatiuus,genitiuus,datiuus,accuſatiuus,uocatiuus &ablatiuus.Quattuor uero tantũ pronomina uocatiuum habent: Tu,meus,noſter,& noſtras.

DEMONSTRATIVA RELATIVA.

Octo ſunt pronomina demonſtratiua : Ego,tu,meus,tuus, noſter,ueſter,noſtras & ueſtras.Reliqua ſunt,ſui & ſuus.

Demonſtratiua & relatiua ſunt quinq;:Ille,ipſe,iſte,his,is.

DECLINATIO.

Quattuor ſunt modi declinandi pronominum.Primus modus eſt

dus est,cuius genitiuus in i uel is desinit,datiuus in i: huiusmodi sunt tria pronomina,Ego,tu,sui. Declinantur. Ego,mei uel mis,mihi,me,à me. Pluraliter,Nos,nostrum uel nostri,nobis, nos,à nobis. Tu, tui uel tis,tibi,te,ò tu,à te. Pluraliter, Vos, uestrum uel uestri,uobis,uos,ò uos,â uobis. Sui,sibi,se,à se. Pluraliter, Sui,sibi,se,â se:carent nominatiuo.

Secundæ declinationis pronomina sunt, quæ genitiuũ singularem in ius terminãt,& dtm̃ in i. Præter pronomen hic,q̃d facit datiuum huic. Et quinq; sunt secundæ declinationis.Ille, ipse,iste,hic,is. Declinantur: Ille,illius,illi,illum,ab illo.Pluraliter,Illi,illorum,illis,illos,ab illis. Fœmini. Illa,illius,illi,illam, ab illa.Pluraliter,Illæ,illarum,illis,illas,ab illis.Neutro,Illud,illius,illi,illud,ab illo.Pluraliter,Illa,illorũ,illis,illa,ab illis. Sic iste, ista,istud. Sic,Ipse,ipsa,ipsum. Hic hæc hoc,huius,huic,hunc hanc hoc,ab hoc hac hoc.Pluraliter,Hi hę hęc,horũ harũ horũ, his,hos has hæc,ab his.Is ea id,eius,ei,eum eam id,ab eo ea eo. Pluraliter,ij eæ ea,eorum earum eorum,eis,eos eas ea,ab eis.

Tertiæ declinationis pronomina sunt quinq; : Meus,tuus, suus,noster,& uester. Hæc per omnes casus sequuntur declinationem mobilium nominum secũdi ordinis. Sed meus cum deberet uocatiuũ facere mee,facit mi. Meus,mea,meum,Mei meę mei,Meo meę meo,Meum meam meum,ô Mei mea,meum,à Meo mea meo. Pluraliter:Mei meę mea,Meorum mearum meorum,Meis,Meos meas mea, ò Mi meę mea, à Meis. Eodem modo declinantur: Tuus,suus,noster nostri,uester uestri,&c̃. Tuus tamen suus & uester carent uocatiuo. Et uocatiuus pronominis noster,est similis nominatiuo.

Quartę declinationis pronia sunt duo. Nostras & uestras, quæ per omnes casus sequuntur tertiam declinationem nomi nis. Hic & hæc nostras & hoc nostrate, huius nostratis,huic nostrati,hunc & hanc nostratẽ & hoc nostrate, Vtõ ô nostras, & nostrate,ab hoc hac & hoc nostrate uel nostrati. Plr, Hi & hę nostrates & hęc nostratia,horum & harum & horũ nostratum,

tum uel nostratium. Datiuo & ablatiuo nostratibus. Hos & has nostrates uel nostratis, & hæc nostratia, O nostrates & nostratia. Huic simile est uestras, quod tamen uocatiuo caret. Breui tẽpore te docui, quid sit pronomen, quæ sint omnia eius accidentia. Est enim inter declinabiles partiorationis facillima. Et tu, ni lapis sis, modico tempore, uel unica hora ea quæ de pronomine docui, ediscere perfacile potes, quę si didiceris, hãc partem orationis te perfecte & ad unguem nouisse audenter affirmare poteris.

Aduerte tamen secundum Lancilotũ, articulos non esse pronomina, nec alteri⁹ cuiusuis partiorationis. Quemadmodum syllabicæ adiectiones. Item puncta & accentus quoq; nullius sunt partiorationis, sed signa tantum, & notæ aliarum partium orationis. Ob id non dicendum est. Nomen est generis masculini, quia pręponitur sibi pronomen articulare hic, sed dicendum sibi præponitur articulus hic. Ita quoq; o in declinatione ꝑpositum articulus est, non aduerbium. Aduerte quoq; q pronominibus non præponuntur articuli, nec indeclinabilibus nec adiectiuis trium uocum secundi flexus.

DE VERBO.

VERBVM, Est partiorationis declinabilis cum tempore & persona, sine casu agere aliquid, aut pati, aut neutrum significans. Maiorem in modũ abhorreo difficultates & scrupulos, quos hic & circa alia quę Donatus scripsit, quidam inueniuntludi literarij magistri. Bonus præceptor uenenosas eorum fugiat expositiones. Vnde Bebellus ait: Et merito Glossæ illæ interlineares, quas nostri triuiales Magistri faciunt ab omnibus uitandæ, & iuuenibus prohibendæ sunt in primis.

VERBI ACCIDENTIA.

Verbo (ut habet Donatus) Septem accidunt: Qualitas, Coniugatio, Genus, Numerus, Figura, Tempus & Persona. Deinde

Deinde Donatus diuidit qualitatem, in modum formam. Tu numera octo accidentia. Modum, formam, seu speciem, coniugationem, genus, numerum, figuram, tempus & personam.

MODVS.

Modi uerborum sunt quinq;. Indicatiuus seu definitiuus qui indicat rem esse uel fuisse uel fore, ut scribo.

Imperatiuus, quia imperat rem esse, uel futuram esse, ut scribe. Hic etiam dicitur Precatiuus. Optatiuus uel desyderatiuus, quia eget aduerbio optandi, ut perfectum sensum reddat, ut Vtinam scirem singula. Subiunctiuus uel cõiunctiuus dicitur, quia iungit sibi aliud uerbum, uel subiungitur alteri uerbo, ut perfectũ significet sensum, ut Cum uideris amicam, palleſces. Infinitiuus aut infinitus modus, quia nec personas definit, nec numerum, sed eget sola alterius uerbi coniunctione, ut Compensare, Zrazyti/Abziehen. Inde compensatio, dicitur debiti & crediti inter se contributio.

FORMA SEV SPECIES.

Formæ uerborum sunt secundum Donatum, Perfecta, ut lego. Meditatiua, ut lecturio. Frequentatiua, ut lectito. Inchoatiua, ut Feruesco, calesco. Verbum perfectæ formę seu primitiuæ speciei, est quod de se cætera format uerba, ut scribo, uideo. Meditatiua uerba, commodius autem (ut ait Laurent. Val. cap. 36.) optatiua atq; desyderatiua nominantur pro primitiuis accipiuntur, omnia in rio se finiunt, & quarti sunt ordinis, ut Parturio, esurio ab edo Scaturio à scateo. Formantur autem hæc ab extrema ultimi supini terminatione, assumpto rio. Sunt & neutra omnia, carentq; præteritis & supinis, ait Perottus. Præter esurijt & parturierunt. Frequentatiua uerba in so, to, uel xo, clauduntur. Formanturq; conuertendo u supini ultimi in o: sic à cursu curso descendit, à scriptu scripto, à nexu nexo. Si uero uerbum primi ordinis a longum habuerit in penult. supini, id in e breue mutat, ut u postea in o, ut à uolatu uolito, à rogatu rogito. Hoc uerum dicunt, nisi sint monosylla

ba: nam

bà: nam ſic â non mutatur, ut à no, nas, uenit nato natare, & nõ nitare. Si autem primitiua habuerint gi in præterito, formabis frequentatiua à ſecunda perſona ſingulari præſentis indicatiui, uertendo s in to, ut à cogo cogis, cogito: à fugio, fugito: à lego, legito. Excipiuntur querito à quero, quæſito à quæſo, ſciſcitor â ſcitor, ſequor de ſe facit ſector, cũ deberet formare ſequitor: â noſco deſcendit noſcito uel noto. Et plura alia quæ non formantur aliquo prædictorum modorum, ut fluito à fluo, lectito à lego, & ſimilia. Pauitare â paueo. Omnia quoq; frequentatiua primi ſunt ordinis. Præter ea uerba in ſo, quæ ab illis dicuntur deſyderatiua, ut uiſo, laceſſo, faceſſo, capeſſo. Hęc nãq; ſunt tertij ordinis. Inchoatiua uerba plures grammatici ea eſſe dixere, quæ co terminantur, ut adoleſco, conualeſco, inualeſco, ardeſco, egreſco, ſordeſco. Sed hæc male nominari inchoatiua uel inchoationem ſignificare perpulchre Lau. Val. Probat 21. cap. qui ea potius meditatiua, exercitatiua uult eſſe nominanda. Idem probat Calepi. q̃ non ſignificat inchoationem pluribus exemplis, qui uocat ea augmentatiua. Ex quibus exemplis pauca ſufficiat adduxiſſe, cum tñ (ut ait Lau. Val.) hæc uerba nunq̃ in ſenſu inchoationis reperiantur. Vnde eſt illud Eccleſi. Qui ſordet, ſordeſcat adhuc. Vide quomodo quod ſordet, poteſt incipere ſordere, & ſordeſcere adhuc, ſed ſordeſcat, id eſt, ſordidior fiat. Virg. Maria incipiunt agitata tumeſcere. Et iterũ: Fluctus uti primo cœpit cum albeſcere uento. Et iterum: Sin in proceſſu cœpit crudeſcere morbus. Vbi q̃d opus erat dicere cœpit tumeſcere, albeſcere, crudeſcere ſi inchoationem hæc uerba ſignificaſſent. Significant ergo hæc uerba non aliud, q̃ uerba cum fio iuncta, ut caleſco, id eſt, calefio, ſordeſco ſordefio, albeſco albefio. Formatur autem à ſecunda perſona ſingulari, præſentis indicatiui, aſſumendo co, ut tabeſco, dormiſco, ſaneſco, a in e mutata, labaſco, contremiſco. Præter hiſco cum compoſitis, dehiſco, fatiſco. Et ſunt omnia tertię coniugationis. Addit Lauren. q̃ habeant præterita, ſi etiam eſſent

inchoa

inchoatiua, cum & inchoare habeat præteritum. Nos tamen de eorum præteritis hanc damus regulam. Verba in co, quæ uere nominantur augmentatiua uel meditatiua, quorũ primitiua non sunt uerba, carent præteritis & supinis, præter unũ, quiesco quieui, ut bruteſco à brutum, herbaſco ab herba, iuueneſco à iuuene, grandeſco, ſylueſco, uileſco, flammeſco, dumeſco. &c. Reliqua habent ea præterita, quæ habent ſua uerba primitiua, ut ab albeo albeſco albui, à caleo caleſco calui, ab aſcio aſciſco aſciui, conſciſco conſciui, à deſipeo deſipiſco deſipui. Deſyderatiua uerba, ut dixit Lauren. cap. 25. actum corporis ſignificant, non affectum mentis, ut Viſo, id eſt, ad uidendum uado, non autem cupio uidere. Cice. ad Attic. Cupio equidem & iampridem cupio Alexandriam, reliquamq; Aegyptum uiſere, id eſt, ire ad uidendum. Faceſſo, id eſt, eo ad facieudũ. Acceſſo, id eſt, eo ad uocandum. Similiter arceſſo pro eodem. Primum ab accio accis acciui, ex ad & cio compoſito deſcendit. Secundum ab arcio. Vtrumq; autem uerbum & accio & arcio uoco ſignificat. Antiqui nanq; ſæpe ar pro ad poſuêre. Nõ autem de ſe faciunt acceſſo, quia illud ab accedo uenit. Item ab arceo arceſſo uenit, pro accuſo. Ex iſtis patet, hæc uerba male nominari deſideratiua, ſed frequentatiua ſunt nuncupanda, ut uolunt Phocas, Diomedes, Seruius, ut ait Mancinell. Quidam ea dixere motiua, & non male.

Diminutiua uerba in lo terminãtur, ut ſorbillo. Sunt & aliæ uerborum deriuationes, quibus tamen grammatici ut prædictis non indiderunt nomen.

Ex prædictis omnibus, ita diſcat puer reſpondere, duas eſſe uerborum ſpecies: Primitiuam & Deriuatiuam. Deriuatiuorumq; uerborum eſſe quinq; ſpecies. Inchoatiuam, ut uiſo, faceſſo, capeſſo. Meditatiuam, ut caleſco, ſeneſco. Diminutiuam, ut ſorbillo. Frequentatiuam, ut legito, agito. Et Deſyderatiuam, ut parturio, eſurio. Ita nuper docuit Aldus Manutius. Ita docuit Lauren. Valla, cap. 26.

Coniu-

DE VERBO.

CONIVGATIO.

Coniugatio, est uerbi per tempora & personas ordinata declinatio. Quattuor autem sunt uerborum coniugationes.

Verbum primę cõiugationis, Est quod habet a longum ante re infinitiui in uoce actiua, aut in passiua uoce ante ris in secunda persona præsentis indicatiui. ut portare portatis.

Secũdæ cõiugationis uerbũ est quod in uoce actiua habet e longum ante re in infinitiuo. aut in uoce passiua ante ris. ut docere doceris. Tertiæ coniugationis uerbũ. Est quod in uoce actiua habet e breue ante re infinitiui: aut in uoce passiua ante ris, in secunda persona singulari præsentis indicatiui, ut scribere, percuteris. Quartæ coniugationis uerbũ est, quod in uoce actiua habet i longum ante re infinitiui. In passiua ante ris, ut audire audiris. Et omnia quartæ coniugationis in io se finiunt. Præter eo & queo & ueneo cum compositis.

GENVS.

Genera uerborum sunt quinq;, Actiuum, Passiuum, Neutrum, Deponens & Commune.

Percutio, est gñis actiui, quia in o desinit, potest facere trãsitionem in aliquod rationale animal, unde recepta r, possit fieri conuersa locutio in prima persona, uel saltem in secunda, ut percutio Socratem. Percutior à Socrate. Vnde regulam capiat puer. Omne uerbum in o, cui possum associare quemlibet accusatiuum, & præsertim accusatiuum rei rationalis, est actiui generis, ut amo. Pecrutior, est generis passiui, quia terminatur r, quod põt amittere, & actiuũ fieri, ut Percutior à Petro.

Aro, est generis neutri, quia in o desinens, non potest facere transitionem in aliquod rationale animal, unde possit fieri conuersa locutio in prima uel saltem in secunda persona per assumptionem r. Regula: Omne uerbum terminatum o, cui non possum adiungere accusatiuum rei rationalis, est generis neutri, ut sedeo, iaceo, aro: Non enim dico, Aro hominem.

Sequor, generis deponentis est, quia terminatur, & unam significationem

gnificationem deponit,& alteram retinet:actiuam.ſ. uel paſſiuam. Nam ſequor retinet actiuam: pauca quidem paſſiuam, ut lætor,orior,naſcor,ueſcor.

Largior, eſt generis cõis, quia in paſſiua literatura utramq; retinet ſignificationem.ſ.actiuam & paſſiuam.Cõmunia ſunt, Largior,Experior,Skuſſugi neb ſkuſſien bywan/Erfurſchen.Venero,Cztim neb ztien bywã/Eren.Criminor,Hanim neb hanien bywan/Leſtern.Amplector,Obklyzugi neb ob klyzugi mne / Vmbfahen.Interpretor,Moror,Obmeſſkawan/Wonen.Oſculor,Lybam neb lybagy mne Küſſen. Hortor.Et hæc quoq; communia ſunt,teſte Aul.Gell.Vtor, uereor,conſolor,teſtor,dignor,confiteor.Vide Gellium,libro 15.Atticarum noctium,cap.13.

Exulo,uapulo,ueneo,fio,in literatura neutrali, paſſiuam habent ſignificationem: ob id quidem ea dixerunt neutra paſſiua,& generis neutri paſſiui reſponderunt.Suffire & confire tamen compoſita â fio actionem denotant: licet confio in paſſiua quoq; uoce reperiatur.uide Neſtorem. Suffio item ſuffiui habet,& coniugatur iuxta modum uerborum quartæ coniugationis ſupra datum. Quædam ſunt uerba habentia præterita circumlocuta,ſicut paſſiua uerba.Cętera uero tempora habent,quẽadmodum uerba neutra. Gaudeo,gauiſus ſum.Fio, factus ſum.Soleo,ſolitus ſum.Audeo,auſus ſum,& auſi reperitur,ut probat Neſtor.Fido,fiſus ſum.Prandeo,pranſus ſum. Mœreo,mœſtus ſum.Morigero,morigeratus ſum. Hæc uerba uocauêre quidam neutropaſſiua.

Sum neutrum & ſubſtantiuũ, quia nec actionem nec paſſionem,ſed ſolam ſubſtantiam ſignificat. Memini,nullius eſt generis,quia nec in o nec in or deſinit,nec deſcendit â uerbo deſinente in o uel in or.

NVMERVS ET FIGVRA.

De numero eodem modo iudicandum eſt,ut in nomine.

Figuræ autem uerborum ſunt tres. Cupio,figuræ ſimplicis

est, quia simpliciter profertur. Concupio, compositæ figuræ, quia componitur ex con & cupio. Concupisco, est dcecompositæ figurę, quia non per se componitur, sed à composito deriuatur. Componitur autem uerbum cum nomine, ut magnifacio, floccifacio. Cum uerbo, ut calefacio. Cum aduerbio, ut maledico, benedico. Cum præpositione, ut produco.

TEMPVS.

Tempora uerborum sunt quinq; Præsens, Præteritum imperfectum, Præteritum perfectum, Præteritum plusquàmperfectum, & Futurum.

Amo — Præsentis, quia præsens designat tempus, Czias nienieyssi/ ein gegenwurtige zeyt.

Amabam — Præteriti imꝑfecti, q̇a significat id q̊d omissum est & non completum, Minuly neuplnie/ ein vnuolkommen vergangne zeit

Amaui — Præteriti perfecti, quia significat id, quod completum est, Minuly vplnie/ ein volkommen vergangne zeit.

Tꝑis

Amaueram — Præteriti plusq̃ꝑfecti, q̇a significat id q̊d iampridẽ est completũ, Czo gse guz dawno stalo/ das vorlengst geschehen ist.

Amabo, — Futuri, quia significat id q̊d imminet, Budutzi neb tzo se stati ma/ dz noch geschehen sall.

Amo est primæ personę, quia est prima uox singularis huiꝰ temporis. Vel, quia est uox quæ dicit. Amabis, est secundæ personę, quia est secũda uox singularis tꝑis. Vel, est uox cui dicitur. Amarent, est tertiæ personæ, quia est tertia uox pluralis huius temporis. Vel, est uox de qua dicitur.

Prima persona, Gest hlas wo sobie mluwitzy / Ein stym̃ die von jr selbst redt.

Scd'a ꝑsona, Kdruhimu neb k ginymu/ Stym̃ zu d̃ mã redt.

Tertia persona, Wo ginym/ ein stym̃ von der man redt.

Infinita oĩa personalia & supina numeris & personis carent.

De præ

DE PRAETERITIS ET Supinis Verbalibus.

Docturus p̃terita & ſupina uerbalia, prę̃memorabo regulę iſtius generalis, quæ de compoſitis dari ſolet his uerbis.

Compoſita ſimplicibus ſunt ſimilia. Hęc regula, & ſi nõ mõ ad p̃ntem materiam, necꝫ in uerbis tm̃, ſed etiam ad aliam materiam atcꝫ aliis oronis partibus accõmodatur: tñ q̃tum nunc ea uti uolumus, hãc includit ſententiam. Cõpoſita uerba quantum ad ptã & ſupina ſunt ſimplicibus ſuis ſimilia, hoc pacto ꝙ q̃lia pręterita & ſupina, & in q̃s terminationes uerba ſimplicia formant, talia & in es terminationes cõpoſita eorum formant

Exẽpla:
- Amo, amaui, amatum, Milugi/Lieben.
- Migro migraui migratum, Stiehugiſe/Wandern.
- Frico, cui, ctũ, Drbam. Cieo, iui, itũ, Wolan/Rüffen.
- Doleo, dolui, dolitum, Zielym/trauren.
- Luceo, luxi, ſine ſupino, Oſwietzugi/Scheinen.
- Repo, repſi, reptum, Lezu/Kriechen.
- Bibo, bibi, bibitum, Piem/Trincken.
- Fulcio, fulſi, fultum, Ozdobugi/Czieren.

Sic cõpoſita:
- Adamo, adamaui, adamatum, Buolen.
- Emigro, emigraui, emigratum, Auſszichen.
- Perfrico, perfricui, perfrictum.
- Concio, conciui, concitum.
- Condoleo, condolui, condolitum.
- Polluceo, polluxi, ſine ſupi. Blyſſtietiſe/weitſcheinẽ.
- Perbibo, perbibi, perbitum, Wypit/Auſstrincken.
- Irrepo, irrepſi, irreptum. Suffulcio, ſuffulſi, ſuffulſum.

Eſt aũt hæc regula tã gñalis, ut de oĩbus uerbis intelligi debeat, tam actiuæ uocis, q̃ paſſiuæ: tã perſonalibus, cꝫ impſonalibus. Hoc tñ fatendum eſt, regulam iſtã non ſemper obtinere ueritatem, ſed ſæpe uacillare. Siquidem plura inueniuntur compoſita, quæ ſuis ſimplicibus quantum ad præteriti & ſupini formationẽ non ſunt ſimilia, uel ſaltem non omnino ſimilia:

de quibus nunc singulatim non dicam, neq; id opus esse censeo. Attamen in regulis ipsis specialibus, quãdocunq; dissimilitudo aliqua compositi & simplicis se obtulerit, abunde eã declarabo. At ubi talis non fuerit, nihil speciatim de compositis meminero uel raro: sed regula ista cõmuni iudicari ipsa uolo.

ORDO IN DOCENDIS Præteritis.

Cæterum hoc ordine in declarandis pręteritis & supinis utemur. Primo, disquiremus præterita & supina uerborum personalium actiuæ terminationis. Secundo, eorundem passiuæ terminationis. Tertio, uerborum impersonalium. Et in illis quidem docendis, priores erunt præteritorum regulæ: posteriores autem supinorum. Præterita pandentur hoc modo, pręponendo regulas quasdam generales, subiungendo speciales.

Regulæ speciales distribuentur ordine coniugationum, atque in prima dabitur unica regula. In secunda unica. In tertia dabuntur plures, subsequentes se ad ordinem terminationum extremarum uerborum eius inflexionis. In quarta unica dabitur. Supinorum regulæ pariter duplices erunt: Communes & particulares. Particulares autem non habebunt ordinẽ coniugationum, sed ad seriem terminationum ipsorum pręteritorum continuabuntur.

Verba passiuæ terminationis atque impersonalia, breuibus expedientur: quippe quibus utriscq; duæ regulæ sufficient, una pro præteritis, altera pro supinis.

DE PRAETERITIS VERBORVM Personalium actiuæ uocis, Regulæ generales.

PRIMA.

Verba desyderatiua præteritis carent, ut cœnaturio, lecturio, dicturio. Præter esurio esuriui, parturio parturiui.

SECVNDA.

Verba meditatiua, quorum primitiua non sunt uerba, carent præteritis, præter quiesco quieui. Exempla: Iuuenesco, syluesco, brutesco.

Hanc re

DE PRAETERITIS VERB.

Hanc regulam uide ſupra, qñ de ſpeciebus uerborum diſſerui.

TERTIA.

Hæc uerba præteritis carent, Ambigo, fatiſco, gliſco, ſido, meio, ferio, furo, nideo nides. Addunt quidam ſiſto, cuius tñ præteritum ſteti ſæpe legitur. Siſto, id eſt, ſtare facio: ut Siſtere gradum lachrymas, id eſt, comprimere. Et aliquando repreſento, ut Iure ſiſtere dicimus.

QVARTA.

Viginti quattuor uerba primam ſyll. præteriti geminant.

Primi ordinis duo ſcilicet: Do dedi, & ſto ſteti.

Secũdi ordinis quattuor. Mordeo momordi, Kauſſi/Beiſſen. Spondeo ſpopondi, Slybugi/Geloben. Pendeo pependi. Wyſim/Hencken. Tondeo totondi, Strziham/Scheren.

Verborum Tertij ordinis tria ſunt in Co.

Diſco didici, Vczim ſe/Lernen. Parco peperci, Odpuſſtugi Schonen. Poſco popoſci, Ziadam/Bitten.

SEX IN DO.

Cado cecidi, pe. cor. Padam/Fallen. Cædo cęcidi, pe. pro. Mordugi/Todtſchlahen. Pedo pepedi, pe. pro. Prdim/Farzen. Pendo pependi, Wyſym/hencken. Tendo tetendi, Wytahugi neb tenzim/Spannen. Tũdo tutudi, Duſym pot lazugi/Stoſſen.

TRIA IN GO.

Pango pepigi, penulti. cor. Smluwam zakladam ſe/Frid machen. Pungo pupugi, penult. cor. Bodu/Stechen. Tango tetigi, penult. cor. Dotykam ſe/Taſten/anrũren.

TRIA IN LO.

Cello ceculi, Zwrazugi przewrham/Vmbwerffen. Fallo fefelli, Oklamawam/Betriegen. Pello pepuli, Zienu/Vertreiben. In NO, Cano cecini, Spiwam/Singen.

RO, Curro cucurri.

RIO, Pario peperi, Plodym/Geberen.

QVINTA REGVLA Generalis.

Cõpoſita ex ſimplicibus geminantibus non geminant. Vnde in præteritis compoſitorũ ex geminantibus, prima ſyll. præteriti ſimplicis ſummouetur: & in cõpoſitis ex ſpondeo ſecundæ ſyllabæ s additur, ut remordeo remordi, nõ remomordi. Incido incidi, non incididi, Vpadam/Einfallen. Appello appuli, nõ appepuli, Przihanim/Berũffen. Floccipẽdo floccipendi, non floccipependi, Hanim/Vernichten. Sic magnipendo. Reſpondeo reſpondi, non reſpopondi, nec repondi.

Excipiuntur compoſita ſequentia, quæ geminant ſicut ſimplicia ſua. Primo compoſita ex do, ut Circundo circũdedi. Indo indidi, Secundo cõpoſita à ſto, ut aſto aſtiti, præſto pſtiti.

Tertio, cõpoſita à diſco, ut Ediſco edidici, Dediſco dedidici.

Quarto, compoſita à poſco, ut Expoſco expopoſci. Quinto, unum à pungo, Repungo repupugi. Sexto, tria à curro compoſita quæ habent duplicia præterita. Decurri, uel decucurri, excucurri uel excurri, præcucurri uel præcurri.

SEXTA REGVLA.

Omne præteritum in iui, per ſyncopen proferri poteſt, amo uendo u, ut eo iui uel ĩj, ſcio ſciui uel ſcĩj, peto petiui uel petĩj & petĩſti, cupio cupiui uel cupĩj. Præterita autẽ in aui, eui uel oui primam perſonam & tertiam ſingulares, & primam pluralem præteriti perfecti indicatiui modi non mutant, reliquas autem perſonas præteriti perfecti & ab eo deriuatas, mutant per ſyncopen, deponendo ui ſyllabam, uel ue, ut Amaſti pro amauiſti amaſtis, pro amauiſtis, amarunt pro amauerunt. Amaram p amaueram, amaras, amarat, &c. amaſſem, amaſſes. Sic in noui repleui, & cæteris contingit. Plura tamen nullam admittunt ſyncopen, ſicut laui, iuui, moui, & plura diſſyllaba.

REGVLAE PRAETERITORVM

ſpeciales de ptis primę coniug. Regula unica.

Verba primę coniug. accipiunt præterita perfecta à ſecunda perſona præſentis temporis indicatiui modi, uertendo as in aui, penul. prod. ut blatero blateras blateraui, ſtulte & inaniter loqui.

loqui, Poruhati se neb reptati neb bleptati/ Ghelich vñ vnnutz reden. Exquamare exquamaui, Ryby struhati neb odssupiti/ Entschůpen. Occare occaui, Ztlautzy zmieliti ztroliti/ Egen. Excipiuntur 16. ex quibus 12. sequentia habent ui duarum syllabarum. Crepo crepui, cubo cubui, domo domui, frico fricui, mico micui, neco necui uel necaui, nexo nexui, plico plicui uel plicaui, seco secui, sono sonui, tono tonui, ueto uetui, do dedi, sto steti, iuuo iuui, lauo laui.

DE COMPOSITIS.

Discrepo compositum ex crepo habet discrepui uel discrepaui. Cõposita à cubo pñt assumere m, & erunt tertię coniug. Accũbo. i. adiaceo, Przilyham/ Beylegẽ. Discũbo. i. comedo. Stolym/ essen. Procũbo. i. prosternor. Recũbo, iaceo. Incũbo, Occũbo, morior, Vmiram/ Sterbẽ. Concũbo, coẽo: hinc cõcubit⁹. i. coit⁹: & hĩc Cõcubina, Zienima/ ein Beyschlefferin

Aut dimittere m, & sunt primæ, Accubo, incubo, recubo, id est, iaceo, excubo, id est, uigilo. Vtraq; autem composita, quãtum ad præterita, sunt simplici similia, tam accumbo enim quàm accubo habet accubui, & incumbo & incubo, habet incubi. Recumbo atq; recubo recubui.

Dimico compositum, ex mico præteritm habet dimicaui. i. contendo & pugno, Bogugi wadim se tepu se. Kriegen. Plico compositum cum nomine habet præteritum in aui, ut multiplicaui, duplicaui, triplicaui.

Cum præpositione in ui plerunq;, rarius tamen in aui, ut Implicui, id est, innecto, inuoluo, Zaptelugi. Complicui, connecto, Spoiugi/ Falten. Explicui uel explicaui, significat explanare, Rozpletam wypraiwugi/ Ausslegen oder declareren. Replicui uel replicaui, dissoluo, uel rursus explico, Rozwazugi/ Außsprechen. Supplico supplicaui, Prosym/ Vnderthaenig bitten.

Quattuor ex do composita sunt primæ coniugationis, quę seruant e in præterito, ut

J705

Circundo circundedi, Obkłyngugi/Vmbgeben
Pessundo pessundedi, pe.cor. Postlapugi neb vstupugi/Vnder die füss tretten.
Venundo uenundedi, Aprodagi dawam/Verkauffen.
Satisdo satisdedi, Dost dawam/Genug geben.

Cætera sunt tertij ordinis, & mutãt e in i in præterito, ut ad do addidi, Przydawam/Zuthũn. Condo condidi, Stawim/Bauwen. Perdo perdidi, Stratzugi/Verlieren. Vendo uendidi. Mandare q̃q; & sedare cõpositа â do esse uolunt, mandaui & sedaui. Mandare autem â manu dando dictum uolunt.

A uenum descendit uenundo primæ coniuga. & detracta una syllaba â uenundo uenit uendo tertiæ inflexionis.

Pessundo. i. conculco, reprimo, arceo: ex aduerbio pessum compositum est, q̃d significat modo retrorsum, mõ deorsum.

Composita ex sto, mutant sto in sti, ut asto astiti non asteti. Insto. i. urgeo institi, Napominam nutim/widersteen. Resto restiti. Sisto tñ compositum ex sto, est tertię coniug. & caret supinis, sed p̃teritum habet stiti, & non steti, ut Calepin. probat, quem uideas: ego breuitati studens, paucos cito testes, potius sine strepitu & figura iudicij progredior.

FLECTE QVODDAM VERbum Primæ coniugationis.

¶ Indicatiuo modo, tempore præsenti, Singulariter, Amo, amas, amat. Plr, Amamus, amatis, amãt. Ptõ imperfecto, amabam, amabas, amabat. P. amabamus, batis, bant. Ptõ perfecto, amaui, amauisti, amauit. Plu. amauimus, amauistis, amauerunt uel amauêre. Ex quibus hæc per syncopen, Amasti pro amauisti, amastis pro amauistis, amarunt pro amauerunt. Præterito plusq̃perfecto, amaueram, amaueras, amauerat. P. amaueramus, amaueratis, amauerant. Et per cõcisionem, amaram, ras, rat. P. amaramus, amaratis, amarant. Futuro, amabo, amabis, amabit. P. amabimus, amabitis, amabunt. Imperatiuo modo tempore præsenti, ad secundam & tertiam personam, ama, amet.

amet.P.amemus,amate,ament. Futuro,amato tu,amato ille. P.amemus,amatote,amanto. Optatiuo modo tpe prẽsenti, & ptõ imperfecto,utinam amarem,res,ret.P.utinã amaremꝰ, retis,rent.Ptõ perfecto & pluſqꝫperfecto,utinam amauiſſem, amauiſſes,amauiſſet.P.utinam amauiſſemus,ſetis,ſent.Futuro,utinam amem,ames,amet.P.cum amemus,etis,ent. Sub iunctiuo mõ tempore pñti,cum amem,ames,amet. P.cũ amemus,ametis,ament.Ptõ imperfecto,cum amarẽ,amares,amaret. P. cum amaremus,amaretis,amarent. Ptõ perfecto, cum amauerim,amaueris,amauerit. P. cum amauerimus,amaueritis,amauerint. Et per ſyncopen, cũ amarim,amaris,amarit.P. cum amarimus,amaritis,amarint.Ptõ pluſqꝫperfecto,cũ amauiſſem,amauiſſes,amauiſſet.P.cum amauiſſemus,ſetis,ſent.Et per conciſionem,amaſſem,amaſſes,&c. Futuro,cum amauero,amaueris,amauerit. Pl. cum amauerimus,amaueritis,amauerint.Et per ſyncop.cum amaro,amaris,amarit. P.cum amarimus, ritis, rint. Infinitiuo modo tempore præſenti, & ptõ imperfecto,amare. Ptõ perfecto & pluſqꝫperfecto, amauiſſe. Et per conciſionem,amaſſe. Futuro,amatum ire,uel amaturũ eſſe. Gerundia uel participia nomina,amandi,amando,amandum. Supina.amatum,amatu. Duo participia ab hoc deſcendunt uerbo actiuo, Alterum præſentis & præteriti imperfecti temporis in ns,ut amans,id eſt,qui amat,& qui amabat.Alterum futuri in rus,q̃d eſt amaturus,id eſt,qui amabit. Hoc mõ coniugatur & inflectitur omne uerbum perſonale actiuæ uocis,primę coniugationis. Ideo puer optime perdiſcat hoc uerbum amo inflectere,ut modo docui.Et bonus p̃ceptor doceat puerꝫ uerbo in omni modo & tempore adiũgere ſignificatum,quod appellamus maternum ſiue uernaculum.

FLECTE AMOR, Paſſiuum.

¶In indicatiuo mõ tempore pñti.S.Amor,amaris uel amare,amatur. P.amamur,amamini,amantur. Ptõ impfecto,amabar, amabaris uel bare, batur. P.amabamur, bamini, bantur.

Ptō perfecto,amatus, ta, tum, ſum uel fui, es uel fuiſti, eſt uel fuit.P.amati,amatæ,amata,ſumus uel fuimus, eſtis uel fuiſtis, ſunt fuerunt uel fuêre.Ptō pluſqꝫperfecto,amatus,ta,tum,erā uel fueram,eras uel fueras,erat uel fuerat. Pl.amati,tæ,ta,eramus uel fueramus, eratis uel fueratis,erant uel fuerant. Futuro,amabor,beris uel bere,bitur. P.amabimur,bimini,buntur.

Imperatiuo modo tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam,amare,ametur. P.amemur,amamini, amētur. Futuro,amator tu,amator ille,Pl.amemur,amaminor,amantor. Optatiuo mō tpe pñti,& ptō imperfecto,utinam amarer,reris uel rere,retur. P.utinā,amaremur,remini,rentur. Ptō perfecto, & pluſqꝫperfecto, utinā amatus,amata,amatum,eſſem uelfuiſſem,eſſes uel fuiſſes,eſſet uel fuiſſet.P.utinam amati,tæ,ta,eſſemus uel fuiſſemus,eſſetis uel fuiſſetis,eſſent uel fuiſſent.Futuro,utinam amer,ameris uel amere, ametur. P.utinā amemur, amemini, amentur. Subiunctiuo modo tempore præſenti,cum amer,ameris uel amere,ametur. P.cū amemur, amemini,amentur. Ptō imperfecto, cum amarer,reris uel rere,retur.P.cum amaremur,remini,rentur. Ptō perfecto,cum amatus,ta,tum,ſim uel fuerim,ſis ul'fueris,ſit uel fuerit.P.cum amati,amatę,ta,ſimus uel fuerimus,ſitis uel fueritis,ſint uel fuerint. Ptō pluſqꝫperfecto, cum amatus,ta, tum, eſſem uel fuiſſem,eſſes uel fuiſſes, eſſet uel fuiſſett. P.cum amati,tæ,ta,eſſemus uel fuiſſemus, eſſetis uel fuiſſetis, eſſent uel fuiſſent. Futuro, cum amatus,ta,tum, ero uel fuero, eris uel fueris,erit uel fuerit.P.cum amati,tæ,ta,erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erint uel fuerint. Infinitiuo modo tempore præſenti & ptō imperfecto,amari. Præterito perfecto, & plusquàmperfecto,amatum eſſe uel fuiſſe. Futuro,amaum iri. Duo ab hoc uerbo ueniunt participia. Alterum præteriti perfecti & pluſquàmperfecti temporis in tus,ut amatus. Alterꝫ futuri in dus, ut amandus,id eſt,qui amabitur. Hoc pacto flectitur quodcunqꝫ uerbum perſonale paſſiuæ uocis primæ coniugationis.

Quare

Quare & hoc uigilanter inflectere puer discat, ut in coniugandis ceteris uerbis, ex hoc modum sibi sumat.

DE PRAETERITIS VERBORUM Secundæ coniugationis. Regula unica.

Verba secundi ordinis faciunt præterita perfecta indicatiui modi à secunda persona singulari præsentis indicatiui, uertendo s in ui duas syllabas.

¶ Exempla Regulæ, DE BEO.

Albeo albui, Byelim / Weissen. Ferbeo bui, Wru v wiram / Hitzen. Habeo habui. Sorbeo bui uel sorpsi, Strzebu / Supffen.

DE CEO.

Aceo acui, Skissugi / Scherpfen. Iaceo iacui, Lezim / Leygē. Marceo cui. i putreo, Hnigi / faul werden. Placeo acui, Libim se / Behagen.

DE DEO.

Candeo candui, Sktwu / Scheinen. Madeo madui, Mokny Nass sein. Splendeo splendui. Studeo studui, Vczim se / lernē.

DE GEO.

Egeo egui, Potrzebugi / Notturfftig sein. Rigeo rigui, Ztrnugi / Starren. Vigeo uigui. i. ualidum ac robustum esse, Zierstwim trwam sylen sem / Grünen / starck oder gesunt sein.

DE LEO.

Caleo calui, Teplym se / Hitzen. Doleo dolui, Zielim / trauren Oleo olui uel oleui, odorem bonum siue malum reddo, Pachnu / Riechen. Valeo ualui, Mohu / Wol mögen oder gesunt sein.

DE MEO.

Timeo timui, Bogim se / Fürchten.

DE NEO.

Caneo canui, Sstedtwim / Graw werden. Senio senui, Alt werden.

DE PEO.

Stupeo stupui, Lekam se / Verwunden. Tepeo tepui, Wlaznu / Lauwerden. Torpeo torpui, Lenim / Faull sein. Queo, Liqueo licui, Zgewugy.

De

DE REO.

Areo arui, Schu/Dür werden. Vireo uirui, Czierſtwu/Grünen. Careo carui, Zbawen ſem/Mangeln. Nigreo nigrui, Czi ernam/Schwartz werden. Macreo macrui, id eſt, extenuor, Tenczim ſe przepadam ſe.

DE SEO.

Denſeo denſui, Zuſtu/Natürlich dick werden.

DE TEO.

Feteo fetui, male oleo, Smrdim/Stincken. Lacteo lactui, id eſt, lac ſugo, Su czeczyk/Sugen. Lactare autem, lac præbere, Przykogiti/Seygen, Niteo nitui, ſplendeo ſignificat cum cæteris uerbis, Blyſſtimſe/Scheinen.

¶ Excipiuntur à regula.

Vnum in Beo, Iubeo iuſſi faciens, Rozkazugi/Gebieten.
Duo in Ceo, Luceo luxi, i. ſplendeo. Et mulceo mulſi, id eſt, de lino, Tiſſim chlacholim vkogugi/Waychen.
Tria in Deo, hñtia ſi, ut ardeo arſi, Horzym. Rideo riſi, Smiegi ſe/Lachen. Suadeo ſuaſi, Radim/Rath geben.
Octo habentia Di, ut Video uidi, Widim/ſehen. Sedeo ſedi, Sedim/Sitzen. Prandeo prandi uel pranſus ſum, Obiedugi/Mal eſſen. Mordeo momordi, Kuſſym/Beyſſen. Pẽdeo pependi, Spondeo ſpopõdi, Slybugi/Geloben. Tõdeo totondi, Strzyzi/ſcherẽ. Strido ſtridi, Czwrczim Krzypam/knörſſen.

¶ Excipiuntur à regula, Verba ſecundæ in Geo,
hñtia l uel r ante geo, faciunt ptm̃ in ſi, ut
Algeo alſi, Fulgeo fulſi. Indulgeo indulſi, Odpuſtugi/Vertzeyhen. Mulgeo mulſi uel mulxi, Dogim/Melken. Tergo terſi, Vtiram/Trücknen. Turgeo turſi, Nadymam ſe/Jm zorn ſich auff blaſen/oder geſchwellen. Vrgeo urſi, Trapim nutim/Drucken.

¶ Et quattuor in geo, xi habent In præterito.

Augeo auxi, Rozmnozugi/Meren. Frigeo xi uel friguí. Lugeo luxi, Kmutiem ſe/Betrübt ſein. Sugeo ſuxi, Su/Sugẽ.

Excipi-

¶ Excipiuntur à regula.

Dissyllaba in leo, quæ habent præterita in eui. Fleo, leo leui, pleo eui. Duo in Neo, Maneo mansi. Neo neui, Przedu/spinnen. Vnum in Queo, Torqueo torsi, Tlazim trapim/Peynigen. Vnum in Reo, Hęreo hęsi, Przydrzim se/Anhangen

Excipiuntur etiam habentia e uel u ante eo, quę mutant eo in i, & penult. producunt, præter uieo & quieo, quæ mutant o in ui, & cieo eo in ui mutat. Aueo aui, faueo faui, ferbeo ferbui id est, bullio. Cieo ciui, id est, prouoco, cõpositum ex cis & eo. Vieo uieui, id est, uincire, Swazugi/binden. Flaueo flaui, Russym/Blah oder valb werdē. Moueo moui. Paueo paui, Boygim se neb strachugise/Fürchtē. Foueo foui. i. nutrio, Zziwim ermim chowan/Erneren. Voueo uoui, quieo quieui, caueo caui, langueo langui, pingueo pingui, conniueo cõniui uel connixi, Mzikam/Wincken.

Flauus, est color fuluo clarior, qualis auricolor est, teut. Goltfarb. Inde flaueo, id est, fulgeo, & auri colorem reddo. Viere, .i. uincire. Inde uietores, qui uasa uinaria ligant stipantq;.

DE COMPOSITIS.

Compositorum ex oleo,

Pars habet præteritum in eui, ut exoleo exoleui. Inoleo inoleui. Obsoleo obsoleui.

Pars similiq; equiparantur, ut Aboleo abolui, uel abolui, Deleo, Oblitero, Adoleo, adoleui, id est, accresco, Redoleo redoleui, uel redolui, bene oleo.

Composita à maneo, si uertunt a in i, habent præterita in ui diuisas syllabas, ut immineo imminui, promineo prominui. Si non mutant sunt simplici similia, ut permaneo permansi.

MODVS CONIVGANDI

uerba Secundæ coniugationis.

Omnia uerba personalia secundæ coniugationis actiuæ uocis, coniugantur ut doceo. Passiuæ uocis, ut doceor.

FLECTE DOCEO.

¶ Indicati

¶ Indicatiuo mõ tempore pñti, Sing. Ego Doceo, doces, do cet. Plr, Nos Docemus, docetis, docent. Ptõ imperfecto, doce bam, docebas, docebat. Plr. Docebamus, docebatis, docebant Ptõ perfecto, Docui, docuisti, docuit. P. Docuimus, docuistis, docuerunt uel docuêre. Ptõ plusq̃perfecto, Docueram, docu eras, docuerat. P. Docueramus, ratis, erant. Futuro, Docebo, docebis, docebit. P. Docebimus, bitis, bunt. Imperatiuo mõ tpe pñti ad secundã & tertiam persõnam. S. Doce, doceat. Plr, Doceamus, docete, doceant. Futuro, Doceto tu, doceto ille. P. Doceamus, docetote, docẽto. Optatiuo mõ tpe pñti, & ptõ imperfecto, Sing. utinam docerem, res, ret. P. utinã docerem⁹, doceretis, rent. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto, utinã docuis sem, ses, set. P. utinam docuissemus, setis, sent. Fututo, utinã do ceam, doceas, ceat. P. utinam doceamus, eatis, eant. Subiun ctiuo modo tpe pñti, cum doceam, doceas, doceat. P. cũ docea mus, atis, ant. Ptõ imperfecto, cum docerem, res, ret. P. cũ do ceremus, retis, rent. Ptõ perfecto, cum docuerim, ris, rit. P. cum docuerimus, ritis, rint. Ptõ plusq̃perfecto, cum docuissem, ses set. P. cum docuissemus, etis, sent. Futuro, cũ docuero, eris rit. P. cum docuerimus, ritis, rint. Infinitiuo mõ tpe pñti, & ptõ impfecto, docere. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto, docuisse. Fu turo, doctum ire uel doctur̃ esse. Gerundia uel participialia noia sunt, docendi, docẽdo, docendum. Supina, doctũ, doctu. Duo participia ab hoc uerbo descendunt. Alterum præsentis & præteriti imperfecti temporis in ns, docens. Alterum futu ri in rus, docturus, id est, qui docebit.

FLECTE DOCEOR.

Indicatiuo mõ tempore pñti, Sing. Doceor, doceris uel do cere, docetur. P. Docemur, docemini, docentur. Ptõ imperfe cto, docebar, baris uel bare, batur. P. docebamur, bamini, ban tur. Ptõ perfecto, doctus, docta, doctũ, sum uel fui, es uel fuisti est uel fuit. P. docti, ctæ, cta, sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel fuêre. Ptõ plusq̃perfecto, doctus, cta, ctum eram

eram uel fueram,eras uel fueras,erat uel fuerat. Pl. docti,ctæ, cta,eramus uel fueramus,eratis uel fueratis,erant uel fuerant. Futuro,docebor,beris uel bere,bitur. Plr.docebimur,bimini, buntur. Imperatiuo mõ tpe pñti ad secundã & tertiã personam.S.Docere,doceatur.P.docemur,docemini,doceant̃. Futuro,docetor tu,docetor ille.P.doceamur,docemínor,docentor. Optatiuo mõ tpe pñti,& ptõ imperfecto,S.utinam docerer,reris uel rere,retur.P.utinã,doceremur,remini,rent̃.Ptõ perfecto,& plusq̃perfecto, utinã doctus,cta,ctum, essem uel fuissem,esses uel fuisses,esset uel fuisset.P.utinam docti,doctę, cta,essemus uel fuissemus,essetis uel fuissetis,essent uel fuissent Futuro,utinam docear,earis uel eare, eatur. P. utinam doceamur,amini,antur. Coniunctiuo mõ tpe pñti,S.cum docear, aris uel are atur.P.cum doceamur,amini,antur. Ptõ imperfecto,cum docerer,reris uel rere,retur.P.cum doceremur,remini,rentur.Ptõ perfecto,cum doctus,cta,ctum, sim uel fuerim, sis uel fueris,sit uel fuerit. P.docti,ctę,cta, simus uel fuerimus, sitis uel fueritis,sint uel fuerint. Ptõ plusq̃perfecto,S.cum doctus,cta,ctum,essem uel fuissem,esses uel fuisses,esset uel fuisset.P.cum docti,ctæ,cta,essemus uel fuissemus,essetis uel fuissetis,essent uel fuissent. Futuro,cum doctus,cta,ctum,ero uel fuero,eris uel fueris,erit uel fuerit.P.cum docti,doctæ,cta,erimus uel fuerimus,eritis uel fueritis,erint uel fuerint. Infinitiuo modo tempore præsenti & ptõ imperfecto, doceri. Præterito perfecto, & plusquàmperfecto, doctum esse uel fuisse. Futuro,doctum iri. Ab hoc uerbo trahuntur duo participia. Alterum præteriti perfecti & plusquàmperfecti temporis in tus,quod est doctus,id est,qui doctus est uel fuit. Alterum futuri in dus,quod est docendus,id est,qui docebitur.

DE PRÆTERITIS VERborum Tertiæ coniugationis.

Dicturus de præteritis uerborũ tertij ordinis,procedam iuxta or-

xta ordinem terminationum extremarum eorundem uerbo-rum ad seriem alphabeticam. Sunt autem terminationes horũ uerborum istæ: Bo, co, do, go, ho, lo, mo, no, po, quo, ro, so, to, uo, xo, monosyllaba. Cio, dio, gio, pio, rio, tio, uo, dissyllaba ter minatio.

B O.

Verborum in bo, tria faciunt præterita in bi. Bibo bibi, Lã-bo lambi, Lyżij/Lecken. Scabo scabi, Drbam/Kratzen. Tria in psi, Nubo nupsi, Wdawam se neb zakreywan/ein man ne men. Scribo scripsi, Sorbo sorpsi, Strzebu/Suppen.

VERBORVM IN CO.

Quinq; faciunt præterita in ci,
Ico ici. Vinco uici.
Disco didici, Vczim se/Lernen.
Parco pepci uel parsi, Odpusstugi
Posco popposci, Ziadam/Bitten.

VERBORVM IN CO.

Quattuor in ui unicã sylla, habent p̃terita,
Cresco creui, Rostu/Wachsen.
Nosco noui, Znam/Kennen.
Pasco paui, Zriwim neb passu/weiden
Suesco sueui, Przywykam/gewenen.

Verborũ in co, tria habent p̃terita in xi. Conquinisco cõque xi, id est, indignor. Dico dixi. Duco duxi, Wedu/Füren.

Duo cõposita ex pasco faciunt præterita in ui diuisas syllab. Compesco compescui. i. coërceo. Dispesco dispescui. i. diuido, & proprie pecus à pastione deduco, teut. Eintreiben.

Verba habentia n ante do, terminãt præterita in di, & quat tuor prima hic deponunt n: Findo fidi, Rozdiram/Spalten Fundo fudi, Wyliwam/Außgiessenn. Scindo scidi, Rzezi/Schneiden. Tundo tutudi, Dusym/Dempfen. Frendo fren-di, Wrzim/Murren. Mando mandi. Pando pandi. i. aperio, patefacio, Zgewugi/Offenbaren. Prendo prendi. Prehendo prehendi. i. capio, Chitam/Begreiffen. Lapam/Begreyffen Pendo pependi. Tendo tetendi. Accendo accendi, Oswiecz-ugi/Erleuchten. Incendo incendi, Zapalugi/Entzunden. Suc-cendo suc-

cendo ſuccendi, Podpalugi/ Engünden.

¶ Cætera habent ſi in præterito, ut:

Cædo ceſſi, Oſtupugi/ Entweichen. Claudo clauſi, Zawiram/ Zuthun. Cludo cluſi. Cudo cuſi uel cudi habet. Lædo læſi, Vrazugi/ Beledigen. Ludo luſi, Hragi/ Spielen. Plaudo plauſi, Plyſam/ Freuwen. Plodo ploſi, Daupam/ Pleſkam/ Pumpern. Rado raſi, Holym/ ſcheren. Vado uaſi, Gdu/ geen. Trudo truſi, Tlazim/ Drucken. Diuido diuiſi, Dielym/ Tailen. Præter quinq; quæ habent di, Cado cecidi, Cædo cæcidi, pe. pro. Edo edi, Pedo pepedi, Strido ſtridi.

DE COMPOSITIS.

Compoſita ex ſcando mutant a in e, ut Aſcendo, conſcendo, deſcendo. Accendo uero & incendo & ſuccendo compoſita ſunt ex uerbo candeo.

Compoſita ex Lido. i. confringo, ſunt allido. i. impinguo. Elido. i. effringo, diſſipo. Illido, id eſt, infrīgo, Rozbigim/ Wybigim/ Wylomugi/ Auffbrechen. Cędo cum diphthongo, ſignificat ferire, ptm̄ ſuum eſt cæcidi, pe. pro Cōpoſita eius mutant e in i longum, quod ſeruant in præteritis & ſupinis. Decido decidi, excido excidi, recido recidi, ſuccido ſuccidi. Cedo, ſine diphthongo ſignificat locum dare, habetq; ptm̄ ceſſi, & cōpoſita eius ſeruant e, ut accedo, diſcedo, incedo, recedo, & ſunt ſimplici ſimilia. Compoſita ex cado mutant a in i breue, ut decido, incido, occido. Diuido ex uido uidis compoſitum eſſe placet Neſtori Nam prouido & uideo dicimus. Cornucopię autem habet diuido à diuiduo deſcendere quod compoſitū eſt ex uiduo, quod ſignificat priuo, Zbawugi/ Berauben. Vnde Vidua dicta, quia uiro priuata ſit. GO.

Verba in go, habentia r ante go, terminant præterita in ſi, ut Mergo merſi, Potopugi/ Ertrincken. Spargo ſparſi, Rozpteligi/ Streyen. Tergo terſi, id eſt, mūdo, Czyſtim neb vtiram Wiſchen. Vergo uerſi, Obrazugi/ Vmbkeren.

Cætera xi habent in præterito.

Ango anxi, stringo, inxi, Suzugi/Zwingē. Cingo cinxi, Opsugi/Vmbgürten. Clango clanxi, Zielym/Klingen. Figo fixi, Bosti/Heften. Fingo finxi, Smyslugi/Dichten. Fligo flixi. i. sterno, Porazim zahanim/abtreibē. Frigo frixi, Skwarzym/Rösten. Iungo iunxi, Spogugi/Zusamen fügen. Mingo, inxi, Pikam/Prunzen. Ningo nxi, Prssysnich/Schneyē. Pango panxi, canere, scribere & manifestare significat, Spiwam Pissy zgewugi/Singen/offenbaren. Plango xi, Kwilym/Waynen. Pungo nxi uel pupugi, Bodu/Stechen. Pingo xi, Rego rexi, Sprawugi/regiren. Stingo xi, Sugo xi, Tego texi, Przykrywam/Decken. Vngo unxi habet, Mazi/Schmiren/Salben.

Excipiuntur quinque habentia gi in præterito, ut Ago egi, frango fregi, lego legi, pango pepigi paciscor, pegi iungo. Tango tetigi.

Composita ex spargo mutant a in e, quod seruant in ptis & supinis, ut aspergo aspersi aspersum, conspergo sparsi sparsum: sic dispergo, respergo. Repungo est simplici simile repupugi uel repuxi. Cætera hñt tantum xi, ut expungo expunxi, compungo xi, dispunxi. Composita ex rego, mutant e in i in præsenti, ut arrigo arrexi, quod proprie de uirili membro dicitur, Nachylugi zgezugi/Auffrecken/ ad alia tamen quoq; transfertur, Arrige aures Pamphile inqt. Terent. Corrigo correxi, Oprawug/Trestzy. Porrigo porrexi, Podawam/Raichen. Surrigo surrexi, quod idem est q̃d surgo, Dirigo direxi, Sprawugi/Laiten. Præter pergo perrexi, & surgo surrexi, compositum ex sursum & rego, cuius composita assurgo, quod regit datiuum sit in honorem alicui. Exurgo, id est, è lecto surgo. Insurgo, id est, in aliquem insilio.

Compositorꝝ ex ago, quędam mutant a in i, ut abigo. i. expello, Vñ, Abigere muscas, Odehnati mauchy/ Den fliegen weren. Subigo, modo acuo, Braussym/Schleyffen/ modo arrecto, Ssmakam/Vndereinander rieren oder stossen. Adiog.

go,id est,adiungo,applico. Exigo,id est,extorqueo, Vnde exigere pecuniam, Wypominawam/Haischen. Hinc exactores, Wypominatzowe/Haischer. Religo. Quædam seruant a,ut circumago,perago,satago. Quædam abijciunt a,ut cogo coégi,dego degi.

Composita ex frango uertunt a in i,ut confringo diffringo, infringo,refringo.

Compositorum ex lego pars mutant e in i, ut Dilígo,elígo, intellígo,negligo,seligo. Pars seruant e,ut perlego,relego,sublego,translego. Ex quibus tria habent præterita in xi, Dilígo dilexi,intelligo intellexi,negligo neglexi, Cætera sunt simplici similia.

Composita ex tango,mutant a in i,ut Attingo,contingo.

Pango tria notat. Canere & panxi habet in præterito,pacisci & pepigi facit. Iungere & pegi dat.

H O.

Verba in ho terminant præteritum in xi,ut traho traxi, Tahnu/Tziehen. Veho uexi, Wezu/Fueren.

L O.

Verba in lo,duplici ll scripta, habent li in præterito, ut Cello ceculi, Pello pepuli, Wyhanym/Ausgaghen Sallo salli, Vello uelli uel uulsi, Wytrham/außreissen. Fallo fefelli, Zklamawam/Betriegē. Psallo psalli, Spijwam/Lobgesang singen. Tollo sustuli.

Vnico l, habēt præterita in ui,ut Alo alui, Zjwym/Auffziehen/oder Erneren. Occulo occolui, Skrywam/Verpergen Volo uolui, Colo colui, Consulo consului, Molo molui.

DE COMPOSITIS.

Composita ex cello sunt simplici similia, non tamen geminant preteritum,ut Antecello anteculi, Przed chasym/Obertretten. Percello perculi, Præcello præculi, Recello reculi, Excello exculi, Excelleo autem secundi ordinis excellui habet.

Tollo olim habebat ptm̃ tetuli, quo nunc non utimur. Sed pro eo utimur sustuli, quod est præteritum compositi ex eo sustollo. Siquidem composita eius habent præterita ad similitudinem antiqui, ut attollo attuli, extollo extuli, sustollo sustuli.

Tulo uerbo antiquo nunc non utimur, habebat autem p̃terita tetuli & tuli, hoc ultimum accommodatur fero.

Compositoꝝ ex pello quædam sunt primi ordinis, ut appello pro nomino, pro uoco. Interpello. i. sermonem interrumpo. Compello, alloquor, quanq̃ hæc quidam cõposita esse uolunt ex antiq̃ uerbo pello, las. Quædam sunt tertiæ coniugationis, ut repello, impello, appello, pro applico & adiungo. Compello pro congrego & cogo. Depello, &c̃.

M O.

Verba in mo terminant pręteritum in ui diuisas syllabas, ut gemo gemui, Zdyham/Seufftzẽ. Fremo fremui, Zskrzypam Kniersschen. Remo remui, id est, repeto, tremo tremui, uomo uomui. Pręter unum quod habet mi, emo emi: & unum quod facit si, premo pressi, Tltzym/Trukhen.

Et præter quattuor habentia pręterita in psi, Como compsi Cziessi neb Hladym. Demo dempsi, Odgimam/Wecknemmen. Promo prompsi, Sumo sumpsi. Beru/nemen. Composita ex emo uertunt e in i, ut Adimo, perimo, interimo, eximo, redimo, Wykupugi/Erlösen. Præter ab emo & coëmo, Skupugi/Zusamen kauffen/quæ seruant e, & demo quod abijcite. Omnia tamen e seruant in præterito. Ab emo est adiectiuum Emptius, Hinc res emptitiæ.

DE NO.

Verba in no, faciunt ptm̃ in ui unicam syllabam, ut Lino liui uel leui, Mazi posskwrnugi/Befleckẽ. Sino siui, Necham Dopusscugi. Cerno creui, excerno excreui; honestũ uocabulũ rei turpis, significatq̃ purgamenta corpis emitto, Polechtzugi Geringern. Sperno spreui, Zhrzym/verschmahẽ. Sterno straui, Stely Przyodiwam prostiram. Sternere equos uiam, lectos di-

ctos dicimus. Pręter unum quod habet ni, cano cecíni. Vnum in psi, Temno tempsi. Duo faciunt ui diuisas syllabas, Gigno genui, Plodim/Geberen. Pono posui, Kladu/Legen.

Composita ex cano, mutant a in i, & terminant præterita in ui diuisas sylla. ut Præcino præcinui. i. antecano, Przespiwam/ Vbersingen. Accino accinui. i. ad aliquid cano. Concino concinui, Whromadu spiwam zhlasugi/ zusamen stimmē. Occino occinui. i. cōuicium facio. Intercino, inter aliquid agendū cano. Excino, extra uel ualde cano. Succino succinui, submissa uoce cano. Hinc cantor ille dicitur uere, qui cantando uocem maxime eleuat, Teut. Der den alt singt. Succentor, qui minimum, Der den baß singt. Sed occentor, qui utrūcp tenet, Der den tenor singt. Inde etiam cantare uoce graui, latine dicitur: quod barbare bassum canere dicimus. Et canere uoce acuta. i. altū canere. Sic cantare uoce media latinū, canere tenorem rusticum est. Hoc pacto apud doctos loquaris, & te doctū ostendes. Apud ignaros autem & indoctos paganos sacerdotes loquere, ut te intelligant, ne te derideant. Non enim congruit lapillos porcis proponere. Oportet nancp suem, Fercklin/ Tzu tzu/ tzu. Et canem, Sessi/ Tgu/ tgu/ tgu/ appellitare, si eos ad te accedere cupiueris. Præcentio autem dicitur modulatio illa uocum, quæ ante initium cantus fieri solet, quasi præludiū. Teuto. Vorleufl in oder ein preambel.

DE PO.

Verba in po, terminant ptā in psi, ut Carpo carpsi, Tzieffy ereszy/ Straffen oder begreiffen. Repo repsi, Letzti/ Kriechen. Serpo serpsi, idē. Scalpo scalpsi, Reypam kopam/ Krauen. Scalpūt hoīes unguibus, gallinæ pedibus: hinc auriscalpiū, teu. orgriffel. Sarpo sarpsi. i. purgo, Witzistugi/ Rainigē. Sculpo sculpsi, Wyreywam/ Ausgrabē. Sepio sepsi, Opletā hradim/ Vmbzeunen. Præter unū q̄d habet pi. Rūpo rupi. Et p̄ter duo quæ hñt ui duarz syllabarz, ut Crepo crepui, Wrzam/ Krachen. Strepo strepui, Daupam Tzustam/ Stampffen.

Composita ex carpo, mutant a in e, idq; seruant in præteritis & supinis, ut Excerpo excerpsi, decerpo decerpsi.

DE QVO.

Verbor in quo, unũ terminat ptm in qui, ut Linquo liqui, Opusstugi/Verlassen. Alter in xi, ut Coquo coxi, Warzim Kochen.

DE RO.

Verbor in ro, duo habẽt ri in ptõ. Curro cucurri, Biezim/Lauffen. Verro uerri uel uersi, quod significat trago, uerto, & mundo, Obrazugi tahnu zistim / Vmbkeren/ Auserainen. Duo hñt si, Gero gessi, Nesu/Tragen. Vro ussi Palym/Brẽnen. Cætera hñt ui unicã syllabã, ut Quęro quęsiui, sero seui, tero triui. Pręter fero tuli hñs, à uetusto uerbo tulo. Et pter sero, p admonere q̃d habet serui, dissyllabã terminationem, sed proplãtare & seminare seui habet, Segi sstiepugi/ Seen plantzẽ.

A sero quędam composita sunt pro utroq; significato, ob id utraq; habent præterita, ut consero conserui pro manibus certare. Conseui pro arboribus hortum plãtare. Insero inserui, immittere & imponere significat. Inseui, Sstiepowati Raubitzy na sazowati/Impffen. Quædam sunt composita pro primo tantum significato pro admonere. Ideo eius significati prętеritum habent, ut Assero asserui, Dissero disserui, Exero exerui, Wyplazugi/Zungen ausrecken. Desero deserui, Opusstugi/Verlassen.

DE SO.

Verbor in so, unũ terminãt ptm in ui duas syllabas. Pinso pinsui, Peku/ Bachen. Duo in si. Facesso facessi, Gdu ẽ dilu/ Zur arbait geen. Viso uisi, Gdu ẽ widieni/ Zusehen geen. Cætera in ui monosyllabũ, ut Accerso accersiui, Wolam/Rüffen Arcesso arcessiui, Obzialugi przedchazym przekazim. Capesso capessiui capessitum uel capessum, ait Nest. Gdu przygimani. Incesso incessiui. i. impeto, molesto. Lacesso lacessiui uel lacessi. i. prouoco, irrito, Drazdim zbuzugi sstrabi trapim/Retzen/Kheien. Quęso q̃siui uel q̃si, i. rogo, Prosym/Bitten.

De

DE TO.

Verborꝫ in To, unũ habet ptm̃ in si, Mitto misi, Possylam/ Schicken. Vnũ in iui, Peto petiui, Prosym/ Bittẽ. Duo in ti, ut Sisto sisti, Stawugi/ Still halten. Verto uerti, Obratzugi Vmbkerẽ. Duo in ui duas syllabas, Meto messui, Znu/ schneitten. Sterto stertui, Chrapam/ Schnarcken. Cætera in xi, Flecto flexi, Sklonugi naheibam skrziwam/ Lencken/ biegen. Necto nexi, uel nexui, Spogugi/ Zusamen fügen. Pecto pexi uel pexui uel pectiui, Cziessi ozdobugi/ Kemmen/ tzieren. Plecto plexi, Tresby pokutu vkladam/ Straffen/ Büssen.

DE VO.

Vnum in uo facit ptm̃ in xi, Viuo uixi. Cætera in ui unicã syllabam, ut caluo calui, Lysym/ Klatzet werdẽ. Feruo ferui, Wru rmutimse/ Sieden/ Hitzen. Soluo solui, Zaplatzugi roz wazugi/ Zalen/ auflösen. Voluo uolui, Heybam/ Rüren.

DE XO.

Verba in xo terminant prẽterita in xui, ut Nexo nexui, Texo texui, Tku plethu/ Würckẽ/ Flechtẽ. Flexo flexi excipit.

CIO.

Duo uerba in cio habent præterita in ci, ut Facio feci, Iaceo ieci. Duo in xi, licio lexi, specio spexi.

De Compositis.

Si facio componitur cum præpositione, mutata a in i, ut Afficio, conficio, deficio, efficio, inficio, proficio, reficio, perficio.

Cum alijs partibus compositum seruat a, ut:

Arefacio, Wysussugi/ Dür machen. Benefacio, Calefacio, Frigefacio, Studim/ Kaltmachẽ. Humefacio, Wlazne tzimm. Magnifacio, Welebim/ Groß machẽ. Lucrifacio, Zysskawam/ Gewinmachẽ. Paruifacio, Fabrefacio, Madefacio, Motzim/ Naßmachen. Assuefacio, Prziwykam/ Gewenẽ. Candefacio, Commonefacio, Napominam/ Vermanen. Mansuefacio, Tyssim/ Senfmüttig machen. Tepefacio, Wlazim Lauhmachen. Consuefacio.

Illud quoq; sciendum, q̃ facio in compositione cũ retinet a, tam in secunda & tertia persona, q̃ in prima, accẽtum supra fa syllabam seruat. Quamuis a breue sit, ubi benefacio benefacit penultima cum accentu. Priscianus.

A facio item fiunt uerba primæ coniugati. in to terminata, quæ prope infinita sunt, ut sacrifico, magnifico, deifico, clarifico, ædifico, uiuifico, Obzibugi/Lebendig machen. Mortifico Mrtwim/Tödten. Iustfiico, falsifico, & huiusmodi.

Composita ex iaceo, a in i uertunt, ut adĩcio, conĩcio, deĩcio, eĩcio, inĩcio, proĩcio, reĩcio.

Vnũ compositũ ex licio, elicio. s. simplici non est simile, cum habeat ptm̃ elicui, atq; simplex in usu non est, sed cõposita sua allicio allexi, illicio illexi, pelliceo pellexi. Composita ex specio uerbo, quod in usu nõ est, e in i mutãt, ut Aspicio, Przilzdam/Ansehen. Conspicio, Despicio, Zhrzym/Verschmehen. Inspicio, Prospicio, Zdaleka widim/Fur sich sehen. Respicio, Circumspicio, Ohlydamse/Vmb sich sehen.

DE DIO.

Vnũ est uerbũ in dio, q̃d facit ptm̃ in di. Fodio fodi, Kopam/Graben. Cũ cõpositis, Effodio effodi, perfodio perfodi.

DE GIO.

Vnicũ est uerbũ in gio, terminans ptm̃ in gi. Fugio fugi, cũ compositis, Aufugio aufugi, Cõfugio confugi, Vtikam/Zufliehen.

DE PIO.

Verbo q̃ in pio, unũ habet pi. Capio cepi. Vnũ iui, Cupio cupiui, Ziadam/Begeren. Reliqua faciunt ui diuisas syll. Rapio rapui, Sapio sapui uel sapiui, Rozumim/Verstan.

Composita ex capio, rapio, sapio uertunt a in i, ut Accipio, concipio, Potzinam/Entpfahen. Excipio, Arripio, Pop adã Begreiffen. Corripio, Treszi vchwatzugi/Straffen. Eripio Wydiram/Erlösen. Desipio, Blaznim/bezsmislym/ Vnuerstendig sein. Composita tamen ex capio, e resumunt in præterito ut simplex. Incipio incepi, Percipio percepi, Recepi, Occupo, as,

po,as,pe.cor.compositum ex ob & capio coniugationem mutant, Zaneprazzdnugi vuazugise.

DE RIO.

Vnũ est in rio uerbũ. Pario hñs peperi in ptõ, Rodim/Geperen. Cuius composita quarti sunt ordinis: de quibus illic.

DE TIO.

Quarto unicum uerbum in tio, Quatio quassi habet præteritum. Eius composita mutant a in u, quod in præteritis & supinis seruant, ut Concutio concussi, Discutio discussi, Rozwazugi/Rosmisiugi/Außschlagen. Excutio excussi, Incutio incussi, Percutio percussi, Tepu bigi/ Schlagen.

DE VO.

Verborum in uo dissyllabam terminationem duo præterita habent in xi, ut Fluo fluxi, Struo struxi. Cætera in ui diuisas syllabas præterita faciunt, ut Arguo argui, Treszi hadamse/ Straffen. Imbuo imbui, Induo indui, Luo lui, Metuo metui, Lekamse/Srachugise/ Furchten. Nuo nui, Pluo plui, Spuo spui, Suo sui, Sterno sternui, Gruo grui, Aggruo aggrui, Congruo congrui, Srownawamse/Getzemen. Ingruo ingrui.

MODVS CONIVGANDI

Verba tertiæ coniugationis.

Omne uerbum tertiæ coniugationis personale actiuæ uocis, coniugatur ut lego. Passiuæ autem, ut legor: nisi irregulare aut anomalum extiterit.

CONIVGA LEGO.

¶ Indicatiuo modo tempore pñti. Sing. Lego, legis, legit. P. Legimus, legitis, legunt. Ptõ imperfecto, legebam, legebas, legebat. P. legebamus, gebatis, bant. Ptõ perfecto, legi, legisti, legit. P. legimus, legistis, legerunt uel legêre. Præterito plusq; perfecto, legeram, legeras, legerat. P. legeramus, legeratis, legerãt. Futuro, legam, leges, leget. P. legemus, legetis, legent. Imperatiuo modo tempore pñti, ad secundam & tertiã personam, lege, legat. P legamus, legite, legant. Futuro, legito tu, legito ille.

P.legamus,legitote,legunto. Optatiuo mõ tpe præsenti, & ptõ imperfecto,utinam legerem,res,ret. P.utinã legeremus,retis,rent. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto,utinam legissem,sses,sset.P.utinam legiissemus,setis,sent.Futuro, utinam legam,legas,legat.P.utinam legamus,atis,ant. Subiunctiuo mõ tempore pñti,cum legam,legas,legat. P.cũ legamus,lagatis,legãt. Ptõ imperfecto,cum legerẽ,res,ret. P. cum remus,retis,rent. Ptõ perfecto,cum legerim,ris,rit. P.cum legerimus,ritis,rint. Ptõ plusq̃perfecto,cũ legissem,legisses,legisset. P.cum legissemus,legissetis,legissent.Futuro,cum legero,legeris,legerit.P. cum legerimus, legeritis, legerint. Infinitiuo modo tempore præsenti, & ptõ imperfecto,legere. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto,legisse.Futuro,lectum ire,uel lecturũ esse Gerundia uel participialia noĩa,legendi,legendo,legendum. Supina,lectum,lectu. Duo participia trahuntur ab hoc uerbo.Alterum pñtis & ptĩ imperfecti tpis in ns,quod est legens. Alterum futuri temporis in rus,quod est lecturus, id est,qui leget, Ktery bude tzisti/Der da lesen wirt.

LEGOR, PASSIVVM,

quomodo inflectitur.

¶In indicatiuo mõ tempore pñti . S. Legor, legeris uel legere,legitur. P.legimur,legimini,leguntur.Ptõ impfecto,legebar,baris uel bare,batur.P.legebamur,gebamini,bantur. Ptõ perfecto,lectus, lecta, lectum, sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. Pl.lecti,leææ,lecta,sumus uel fuimus,estis uel fuistis,sunt fuerunt uel fuêre. Ptõ plusq̃perfecto,lectus,lecta,lectum, erã uel fueram,eras uel fueras,erat uel fuerat. Pl.lecti,lectæ,lecta, eramus uel fueraramus, eratis uel fueratis, erant uel fuerant. Futuro,legar,legerisuel legere,legetur. Pl.legemur,legemini, legentur. Imperatiuo modo tpe pñti ad secundam & tertiam personã,legere,legatur.P.legamur,legimini,legãtur.Futuro,legitor tu,legitor ille.Pl.legamur,legiminor,leguntor. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto,

utinam

utinam legerer,legereris uel legerere,legeretur.Pl. utinam,le legeremur,legeremini,legerentur. Præterito perfecto, & plus quàmperfecto,utinam lectus,lecta,lectum,essem uel fuissem, esses uel fuisses,esset uelfuisset.P.utinam lecti,lectæ,lecta,esse mus uel fuissemus, essetis uelfuissetis,essent uel fuissent. Futu ro,utinam legar,legaris uel legare,legatur. P.utinam legamur, legamini,legantur. Coniunctiuo modo tempore præsenti, cum legar,legaris uel legare,legatur. Pl.cum legamur, legami ni,legantur.Præterito imperfecto,cũ legerer,legereris uel lege rere,legeretur.Plr.cum legeremur,legeremini,legerentur.Pre terito perfecto, cum lectus,lecta,lectum,sim uel fuerim,sis uel fueris,sit uel fuerit. Plur. cum lecti, lectæ,lecta, simus uel fue rimus,sitis uel fueritis,sint uel fuerint. Præterito plusq̃perfe cto,cum lectus,lecta,lectum,essem uelfuissem,esses uel fuisses esset uel fuisset. P.cum lecti,lectę,lecta,essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis,essent uel fuissent.Futuro,cum lectus,lecta, lectum, ero uel fuero, eris uel fueris,erit uel fuerit.P.cum lecti lectæ,lecta, erimus uel fuerimus,eritis uel fueritis,erint uel fu erint. Infinitiuo modo tẽpore præsenti & ptõ imperfecto, legi. Præterito perfecto, & plusquàmperfecto, lectum esse uel fuisse.Futuro,lectum iri.Duo ab hoc uerbo descendunt parti cipia. Alterum præteriti perfecti & plusquàmperfecti tempo ris,quod est lectus. Alterum futuri in dus,quod est legendus, id est,qui legetur,Ktery vzten bude/Der da geleſen wirt wer den.

DE PRAETERITIS VERborum Quartæ coniugationis.

Regula unica.

Verba quarti ordinis faciunt sua præterita perfecta à secun da persona singularis numeri præsentis indicatiui, uertendo s in ui unicam syllabam, ut Dormio dormis dormiui, Eo is iui, Ligurio liguris liguriui, Queo quis quiui, Salio salis saliui uel salui, diuisas syllabas, Sallio salliui, Solym / Salzen. Ve neo ue

neo ueniui, Prodawagi mne/Verkaufft werden. Mugio mugiui propriũ boum, Rzwati/Blerren. Hinnio hinniui, Rzechtati/Roſzſchray. proprium equorum. Mollio molliui, neſcio neſciui. Glocire glociui. i. glocitare, uox gallinarũ dũ oua emiſerunt, Kwakati/Gatzen. Pipare uero naturaliter uocifera re. Sopio ſopiui, Vſnuti drzimati/Entſchlaffen.

Vnum faciens ptm̃ in ni, ut uenio ueni, Przigiti/Kommen.

Cambio campſi, Freymartzym nebpromieniti/Wechſeln. Sepio ſepſi.

Primo, xi. Duo in xi, Sancio ſanxi uel ſanciui,

Vincio uinxi, Wazati/Binden.

Sex in ſi, Farcio farſi, Nadiwam/füllen. Fulcio fulſi uel fulxi. Haurio hauſi

Excipiuntur, Raucio rauſi, Sarcio ſarſi, Zaſſiwam plazim/Nehen. Sentio ſenſi.

Secundo, compoſita à pario tertij ordinis, quorũ duo ſunt ſimplici ſimilia. Comperio comperi. Reperio repperi, duplicans p in præterito.

Cætera terminant præterita in ui diuiſas ſyllab. Aperio aperui, Adaperio adaperui, Adoperio adoperui, Cooperio cooperui, operio operui, Przykryti/Bedecken.

Cõpoſita ex ſalio mutant a in i, & id in ptõ ſeruant, ut Aſſilio, deſilio, exilio, inſilio, proſilio, reſilio, Odſkoczyti odrazitiſe/Widerſpringen. et magis ui diuiſas ſyllabas habent quàm iui.

MODVS CONIVGANDI

Verba quartæ coniugationis.

Singula quartæ coniugationis uerba actiuæ uocis coniugantur ſicut audio. Paſſiuæ uocis, ut audior inflectuntur, niſi irregularia aut anomala extiterint.

FLECTE AVDIO.

¶ Indicatiuo mõ tempore pñti. S. Audio, audis, audit. P. audimus, auditis, diunt. Præterito imperfecto, audiebam, audiebas,

bas,bat.P.audiebamus,batis,bant.Ptō perfecto,audiui,audiuisti,audiuit.P.audiuimus,diuistis,diuerūt uel uêre.Et per syncopen,audīj,audījsti,audījt.P.audījmus,audījstis,audierunt uel audiêre.Præterito plusq̄pperfecto,audiueram,audiueras,audiuerat.P.audiueramus,audiueratis,audiuerant.Et per syncop. audieram,ras,rat.P.audieramus,ratis,rant.Futuro,audiā,dies diet.P.audiemus,etis,ent. Imperatiuo modo tempore pñti, ad secundam & tertiā personam,audi,audiat.P.audiamus,audite,audiant.Futuro,audito tu,audito ille.P.audiamus,audito te,audiunto. Optatiuo mō tpe prę̄senti, & ptō imperfecto, utinam audirem,res,ret.P.utinā audirem⁹,retis,rent.Ptō perfecto & plusq̄pperfecto,utinam audiuissem,sses,sset.P.utinam audiuissemus,setis,sent. Et per conciſi. utinā audījssem,ses,set. P.utinā audījssemus,ssetis,ssent.Et per synæresim,utinā audissem,audisses,sset,unico i. Futuro,utinam audiam,audias,audiat.Pl.utinam audiamus,atis,ant. Subiunctiuo mō tempore pñti,cum audiam,audias,audiat.P.cū audiamus,audiatis,audiant.Ptō imperfecto,cum audirē,res,ret.P.cum remus,retis,rent. Ptō perfecto, cumaudiuerim,ris,rit. P.cum audiuerim⁹, ritis,rint. Et per syncopen,cū audierim,audieris,audierit.P.cū audierimus,ritis,rint.Ptō plusq̄pperfecto,cū audiuissem,uisses,uisset.P.cum audiuissemus,setis,sent. Et per synco. audījssem, dījsses,dījsset.P.audījssemus,dījssetis,ījssent. Et per syneresim, audissem,audisses,audisset. & c̄. Futuro,cum audiuero,ris,rit. Pl. cum audiuerimus,ritis,rint.Et per conciſion.cum audiero, eris erit.P.cum audierimus,ritis,rint. Infinitiuo modo tempore præsenti,& ptō imperfecto,audire.Ptō perfecto & plusq̄pperfecto,audiuisse.Et per conciſionē,audījsse. Et per synæresim,audisse.Futuro,auditum ire,uel auditurū esse. Gerundia uel participialia noīa, audiendi,audiendo, audiendū. Supina, auditum,auditu. Duo ab hoc uerbo ueniunt participia.Alterum pñtis & pti imperfecti tpis in ns,audiens.i. q̄ audit uel audiebat.Alterū futuri in rus,auditurus,id est,qui audiet.

FLECTE AVDIOR, Passiuum.

¶ In indicatiuo mõ tempore pñti. S. Audior, audiris uel audire, auditur. P. audimur, audimini, audiuntur. Ptõ impfecto, audiebar, baris uel bare, batur. P. audiebamur, bamini, bantur. Ptõ perfecto, auditus, ta, tum, sum uel fui, es uel fuisti, est uel fuit. P. auditi, tæ, ta, sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel fuêre. Ptõ plusq̃perfecto, tus, ta, tum, erã uel fueram, eras uel fueras, erat uel fuerat. P. auditi, tæ, ta, eramus uel fueramus, eratis uel fueratis, erant uel fuerant. Futuro, audiar, eris uel diere, etur. P. audiemur, emini, entur. Imperatiuo modo tpe pñti ad secundam & tertiã personã, audire, audiatur. P. audiamur, audimini, audiẽtur. Futuro, auditor tu, auditor ille, Pl. audiamur, audimínor, audiuntor. Optatiuo mõ tpe pñti, & ptõ imperfecto, utinam audirer, reris uel rere, retur. P. utinã, audiremur, remini, rentur. Ptõ perfecto, & plusq̃perfecto, utinã auditus, ta, tum, essem uel fuissem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. P. utinam auditi, tæ, ta, essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, utinam audiar, aris uel are, atur. P. utinã audiamur, amini, antur. Coniunctiuo mõ tempore pñti, cum audiar, aris uel are, atur. Pl. cũ audiamur, audiamini, audiantur. Præsens eñ coniunctiui & futuri optati. sunt similia. Ptõ imperfecto, cũ audirer, reris uel rere, retur. Plr. cum remur, remini, rentur. Est eñ ptñ imperfectũ subiunctiui modi in omnibus coniugationibus símile pñti optatiui. Ptõ perfecto, cum auditus, ta, tum, sim uel fuerim, sis uel fueris, sit uel fuerit. P. cum auditi, tę, ta, simus uel fuerimus, sitis uel fueritis, sint uel fuerint. Ptõ plusq̃perfecto, cum auditus, ta, tum, essem uel fuissem, esses uel fuisses, esset uel fuisset. P. cum auditi, tæ, ta, essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis, essent uel fuissent. Futuro, cum auditus, ta, tum, ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. P. cum auditi, tæ, ta, erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erint uel fuerint. Infinitiuo modo tempore præsenti & ptõ imperfecto, audiri. Præterito perfecto, & plusquãmperfecto, au

gnvno

67

cto, auditum esse uel fuisse. Futuro, auditum iri. Duo ab hoc uerbo trahuntur participia. Alterum præteriti perfecti & plus quàm perfecti temporis in tus, quod est auditus, id est, qui auditus est uel fuit, uel qui auditus erat uel fuerat. Alterꝝ futuri tẽporis in dus, quod est audiendus, id est, qui audietur.

DE VERBIS HABENtibus præterita mutuata.

Hęc uerba non hñt ptã propria, sed accommodata, scilicet,

Cerno, cerui		Cresco.
Ferio, percussi		Percutio.
Fero, tuli		ueteri Tulo.
Sido, sedi	á uerbo	Sedeo.
Sum, fui		antiquo Fuo.
Suffero, sustuli		Sustollo uel
Tollo, sustuli		Sustulo.
Furio, insaniui, Stikamse/Wüeten.		Insanio.

SVPINORVM SEPTEM Regulæ communes. Prima.

Verba ptis carentia, supinis quoqꝫ carent, qualia sunt meditatiua & inchoatiua, quorꝝ primitiua non sunt uerba. Et ea uerba quæ supra in tertia regula generali memorantur.

SECVNDA.

Verba neutra secundi coniugatus, terminantia præterita in ui duas syllabas, carent supinis.

Albeo,		Caleo calitum,
Ferbeo,		Careo caritum uel cassum.
Iaceo,		Doleo dolitum.
Rigeo,	Pręter hæc,	Lateo latitũ, Tagim se/ verbergen
Candeo,	& forsan alia	Pareo paritum.
Caneo,		Pateo passum.
Areo,		Placeo placitum.
Noceo nocitũ,		Emineo, Przewyssugi neb winikã
Promineo,		Valeo ualitũ, (võ ferrẽ scheinẽ.

Tertia

DE SVPINIS.

TERTIA REG.

¶Hæc quinquaginta tria uerba ſupinis carent.

Ambigo,arceo,cuius tñ compoſita ſupina hñt, Aueo, Poſdrawugi/Begeren. Caluo,compeſco,conquiniſco,creſco,cerno, diſpeſco, diſco, dego, Obywam / Armut leyden. Aeſtuo, Ferueo,Gliſco,Ziadam/Begeren. Horreo,lambo,lingo, Liżi/Lecken. Linquo,luceo,luo,cuius cõpoſita hñt ſupina,Mando, Rozkazugi/Gebieten. Metuo,mico, ſed dimico dimicatũ habet,Malo,nolo,obedio,pedo,paueo,parco peperci:ſed parſi habens,facit parſum. Pluo,pſallo,polleo,poſco,renuo, Odpiram/Widderen/oder verſchmehen. Reſpuo,rudo, Rżwiż/Prüllen. Scalpo,ſatago, ſcabo, ſcando, compoſita tñ eius non carent. Spuo, Plygi/Außſpuwen. Strideo,ſtrido,ſugo,ſum,ſiſto ſteti, uel potius ſtiti, ſterto, Chrapi/Schnarcken. Timeo, tremo,uiſo,uergeo,uolo,urgeo. Et ſi ſunt alia,adiunge.

QVARTA REG.

Verba præterita geminantia,ſupina non geminant, ut mordeo momordi morſum,pendeo pependi penſum. Cædo cæcidi cæſum,Fello fefelli falſum. Quorum quidem ſupina non à præterito perfecto,ſed à præſenti indicatiui formantur.

QVINTA REG. Generalis.

Verba ſimplicia hñtia a in penultima uel antepenulrima ſyllaba,in præſenti indicatiui,habent & a in ſupinis. Quanquam quædam a in præterito mutent,ut facio feci factum,frango fregi fractum. Ago egi actum. Iacio ieci iactum. Præter gradior greſſum,& fatiſcor feſſum.

SEXTA REG.

Compoſita mutantia in ſui compoſitione a in i,hñt e in penult. ſupini,ut ſunt cõpoſita â ſequentibus uerbis & ſimilibus.

Cano. Accino,accentum. Succino,ſuccentum.
Facio. Inficio,infectum. Perficio perfectum.
Capio. Accipio,acceptum. Recipio,receptum.
Rapio. Diripio,direptum, Surripio,ſurreptum.

Iacio.

Iacio.Eijcio,eiectum.Proijcio,proiectum.
Fateor.Profiteor profeſſum.Diffiteor diffeſſum.
Vnicum compoſitum à cado,occido occaſum.
Adigo adactum.
Exigo exactum.
Compoſita ex uerbis in go,ut
Infringo infractum,Wibygeti wylomiti Wyſtawiti/Außprechen.
Compungo compactum.
Pręter
Attingo attactum.
Cõpoſita ex ſtatuo.Inſtituo inſtitutũ,Vſtanowiti/auſſetzen.
Cõpoſita ex ſapio.Deſipio deſipitũ,
Cõpoſita ex ſalio.Exilio exultũ.Præſilio præſultum.
Compoſita ex habeo.Prohibeo prohibitũ. Inhibeo inhibitũ:& ſignificat,Zapowiedieti zakazati/ Verbietẽ.

Intellige ſane hãc regulã de ỹbis hñtibus ſupina,quanq̃ em̃ taceo et q̃dam alia ỹba de ſe cõpoſita faciunt,mutãdo a in i,ut Obticeo,reticeo,q̃ tñ non hñt e in penul. ſupini,cũ eo careant.

SEPTIMA REG. Generalis.

Verba quæ deponunt n in præterito, illud quoq̃ abijciunt in ſupino,ut Scindo ſcidi ſciſſum. Findo fidi fiſſum. Vinco uici uictum, Frango fregi fractum,Zlamati/ Zerbrechen.Præter pungo pupugi punctum.

REG. SPECIALIS DE SVPINIS ſecundum ſeriem terminationum ptõrum.

Præterita in bi,faciendo ſupina aſſumunt tum penul.corre. ut bibi bibitum. Lambo lambi,adde tum fit lambitum.

Ptm̃ in ci,facit ſupinum mutãdo ci in ctum, ut ico ici ctum, Vinco uici,uertendo ci in ctum,fit uictum. Hic meminiſſe debes regulæ quintę generalis,quia facio factum facit,non fectũ Iaceo ieci iactum,non iectum,p̃ter poſco & diſco, quæ uel ſupinis carent,uel ſecundum quoſdam hñt poſcitum & diſcitum.

Verba hñtia ptã in di,uertunt di in ſum formando ſupina,ſi non habuerint ptã geminata, quæ ſic mutant deo ſi ſint ſecun-

dæ coniugationis: uel do, si sint tertiæ in sum. Pando uero remouet n, geminat ſſ, & facit passum. Sedi, fidi, scidi, fodi, similiter ſſ geminant in supinis, Sessum, fissum, scissum, fossum.

EXEMPLA REG.

Defendo defendi,		defensum.
Prendo prendi,		prensum.
Prehendo prehendi,		prehensum.
Ostendo ostendi,		ostẽsum ul'tũ
Ascendo ascendi,	Hęc uertũt di in sum:	ascensum.
Accendo accendi,		accensum.
Video uidi,		uisum.
Cudo cudi, Cugi neb dielam/Schmiddẽ/		cusum.
Edo edi, Gim neb Skladam/Essen/		esum uel estũ
Cædo cæcidi, pe. p.		cæsum.
Cado cecidi, pe. cor.	Hęc mutãt do in sum. Tũ	casum.
Tundo tutidi,	do tñ amittit iuxta ultimã	tusũ ul'tũsum
Tendo tetendi,	regulam gñalem.	tensum.

Roztahugi tentzim neb tzilym/ettã du/Ausstreckẽ/spannẽ.

Mordeo momordi, mutat deo in sum, morsum.

Spondeo spospondi, mutat deo in sum, sponsum.

Composita ex cado, carent supinis, pręter occido occasum habens. Excipitur à regula præcedenti do, quod uerbum quanquam præteritum habeat in di, non tamen facit supinum in sum, sed in atum, penult. cor. datum datu.

Composita eius primi ordinis sunt simpli similia, ut Pessundatum, circundatum, uenundatum, satisdatum, penult. cor.

Composita uero tertij ordinis, formant supina à prima persona præsentis indicatiui, uertendo o in itum, penu. cor. ut addo additum, condo conditum, prodo proditum, reddo redditum, uendo uenditum, abscondo absc̃ditum uel absconsum.

Ptã in gi, terminant supina in ctum, formãdo ea à prima psona pñtis indicatiui, mutando go in ctũ. Pręter fugio fugi hñs format supinum mutando o in itum, fit fugitum, penul. cor.

Exem-

Kabsa

	Ago egi		Actum.	
	Frãgo fregi		Fractum.	
Exem	Lego legi	uerto go in	Lectum	Sis hic memor ul
pla:	Pãgo pepigi	ctum, fit	Pactum	timę reg. gñalis.
	Tango tetigi		Tactum.	
	Pũgo pupugi		Punctum.	

	Ceculi culsum,	Fefelli falsum.
Ptm̃ in li terminãt, supinũ	Pepuli pulsum	Salli salsum.
in sum, ut	Velli uulsum,	Perculi ꝑculsum.

Præter Fero, tuli, latum habens. Tollo sublatum. Pręteritũ in mi formãdo supinum, mutat mi in ptum, ut Emo emi emptum, cum compositis ademi adẽptum, Vgiti / etiam wzyti / Hynwegk nem̃en. Ptm̃ in ni, terminat supinũ in tũ, ut Cecini cantum. Venio ueni uentum. Composita à cano, sunt simplici similia, ut Occino occentũ, succiuo succentum.

Ptã in pi, faciunt supina, mutando i in tum, ut rupo rupi ruptum, Roztrhnuti ztrhati / Brechen. Incipio incepi inceptũ. Capio cepi captũ, iuxta quintã regulam gñalem. Ptm̃ in qui mutat qui in ctum, ut Linquo liqui lictum. Delinquo deliqui delictum. Pręteritum in ri, facit supinũ mutando ro in sum, ut Curro cucurri, uerte ro in prima persona indicatiui in sum, habebis cursum. Verro uerri, muta ro in sum, fit uersum. Excipitur pario, quod habet partum uel paritum secundum Calepinum, & penult. prod. si à pario quartę coniugationis descenpit. Vel paritum penult. cor. si à pario tertiæ coniugationis descendit. Vide quæ allegat Calepinus, cuius composita habent e in penultima supini, sicut Aperio apertum, Operio opertum. Comperio compertum, Reperio repertum, & significat, Nalezti / Vinden.

	Scribo scripsi scriptum,
	Nupsi nuptum,
	Dempsi demptum,
Ptã in psi, faci-	Compsi comptum,

unt ſupina commu tando ſi in tum, ut

Scalpſi ſcalptum.
Serpſi ſerptum.
Sorpſi ſorptum.
Tempſi temptum.
Sepſi ſeptum.

Pręter cambio campſi campſum habens.

Præteritum in ſi, facit ſupinum uertendo ſi in ſum.

A ſi arſum
Riſi riſum
Suaſi ſuaſum
Fulſi ſum à fulgeo
mulſi, ſum, à mulceo
Mulgeo enim mulſi uel mulxi mulſum
facit uel ctū in ſupi.
Clauſi clauſum
Cuſi cuſum & non cuſſum, ait Mancin.
Iuſſi iuſſum
ſum ait Mancinell.
Truſi truſum,
Ceſſi ceſſum
Merſi merſum
Terſi terſum
Sparſi ſparſum
Manſi manſum
Hęreo hęſum, Wiezym przidrzimſe/An hangen. Excuſſi excuſſum, Wytrziſti/ etiam zwrzy.
Rauſi rauſum.
Preſſi preſſum
Parſi parſum
Verſi uerſum
Viſi uiſum à uiſo.
Faceſſi faceſſum
Quaſſi quaſſum
Senſi ſenſum.

Ita formant cætera uerba, ſi in præterito habentia, cuiuſcunque coniugationis fuerint. Excipiuntur â regula p̄dicta, Geſſi geſtum, Viſſi uſtum, capeſſi capeſſum facit, Capeſſiui uero capeſſitum, penult. produ. Farſi fartum, Sarſi ſartum, Fulcio fulſi fultum, hauſi hauſtum, torſi tortum & torſum facit, Indulſi indultum uel indulſum. Excipitur & mitto miſſum habēs, cum deberet facere miſum.

Præteritorꝫ in ti, unum facit ſupinū in tum. Steti. ſ. ſtatum. Alterꝫ in ſum, uerti uerſum. Compoſita â ſto habent duplicia ſupina. Vnum in atum, ut ſimplex penul. prod. Alterꝫ in itum penul. cor. ut Aſto aſtatum uel aſtitum. Conſto cōſtatum uel conſtitum. Inſto inſtatum uel inſtitum, Reſto reſtatū uel reſtitum. Ptm̄ in ui, mutat ui in itum, pe. pro. faciendo ſupinum. Hęc regula eſt omniū latiſſima, quippe quæ includit oīa ferè uerba primi ordinis, cuncta ferme quarti, & plura ſecūdi, multaq; comprehendit ſub ſe tertij ordinis uerba.

Exempla

¶Exempla sunt sequentia, ut Clamaui clamatum, Cremaui crematum, Plícaui plícatũ, Necaui necatum, Zabiti/Tötten. Iuui iutum, Fleui fletum, Neui netum, Przsti/Nehen. Deleui deletum, Inoleo inoleui inoletum, Aboleo aboleui aboletum, uel abolui abolitum, Odwyenuti zruſſiti zginatziti zahinuti/ Vergeſſen. Aſſueui aſſuetum, Conſueui conſuetum, Diſſueui diſſuetum, Noui notum, Quieui quietum, Dormiui dormitum, Sanciui ſancitum, Sopiui ſopitũ, Accerſiui accerſitum, Sciui ſcitũ, Sallio ſalliui ſallitũ.

Primi, duo: Laui lautum uel lotum, quondam lauatum, potaui potum, quondam potatum.

Caui cautum.

Secundi, tria: Faui fautum.

Adoleui uel adolui adultum.

Agnoui agnitum.

Cognoui cognitũ, Paui paſtum,

Tertij, ſex: Seui ſatum: Cuius cõpoſita habẽt itum, pe. corr. ut conſitum, inſitum.

Excipiuntur à regula pñti ordinis,

Serui uero ſertũ habet. Solui ſolutũ

Volui uolutum à uolo.

Amiciui amictũ, Odiri. Klaydẽ

Sepeliui ultũ, Pohrzebati/Begraben.

Quarti q̃nq; Vęniui uęnum.

Singultio ſingultum.

Salio ſaliui ſaltum: Cuius compoſita uertunt a ſupini in u, ut Inſultum, Deſultum.

In regula præcedenti dicitur, pe. pro. Nam omnia talia ſupina penult. producunt, præter quinq;. Citum à cieo ciui ſecundæ coniugationis uerbo. Citum uero à cio ciui quartę coniugationis penult. produ. Litum à lino pe. cor. Similiter quitum à queo, ſitum à ſino. Itum ab eo, cum eorum compoſitis, excipitur unum compoſitum ab eo, quod penult. ſupini producit,

ambio ambitum. Ita quoq; participium ambitus penult. prod. Ambitus uero nomen, penultima correpta.

VI DISSYLLABA Terminatio.

Ptm in ui duas syllabas, pcedente c uel r, facit supinũ uertendo ui duas syllabas in tum, ut alo alui altum uel alitum, aperio apertũ, consului consultum, docui doctũ, fricui fricturn, Sero seruí sertum, deserui desertum, necui nectum, occului occultum, secui sectũ. Excipit colui cultum hns, cũ deberet facere coltũ. Cõpescui compescitũ, elicui elicitũ, excellui excelsum, explicui explicitũ, miscui mixtum, mereo meritũ, plico plicitũ, rui ruitũ uel rutum pe. cor. Torrui tostũ, Sswarziti/Braten. Si uero ptm in ui duarz syllabarz descenderit à uerbo in uo duarz syllabarz, separato i, assumit tum, ut induo indui indutũ, imbuo imbui imbutũ, acuo acui acutũ, statui statutum, annuo annui annutum, argui argutum. Cuius participiũ est arguturus uel arguiturus, pluo plui plutum facit, prsseci/Regen. Cuncta reliqua ptã in ui diuisas syllabas, ui in i breue mutato assumunt tũ. Tonui tonitũ, sonui sonitũ, domui domitũ, cubui cubitũ, uetui uetitũ, crepui crepitũ, posui positum, habui habitũ, monui monitũ, genui genitũ, strepui strepitũ, gemui gemitum, fremui fremitũ, uomui uomitũ. Præter censui cẽsum, pinsui pistũ, messui messum, rapui raptũ, tenui tentũ. Cõposita à cano, seruant normam simplicis, cũ moderatione regulę sextę gñalis. De uerbis quoq; neutris secundæ coniugationis, supra data est regula generalis. Sapio sapiui sapitũ, pe. pro. ita docet Calepinus. Excipiuntur & ab hac regula, Necto nectis, habẽs ptm nexui uel nexi, & supinum nexum. Nexo nexas, nexui nexum, secundum Priscian. frequentatiuum à necto. Pecto pectis pexui uel pexi uel pectiui pexum. Texo texis texui, textum in supino.

Præterita in xi, faciendo supina, commutant xi in ctum. Anxi anctum, Cinxi cinctum, Duxi ductũ, Frigeo frixi frictũ Iunxi iunctum, Lugeo luxi luctũ, Vnxi unctũ, Punxi punctũ, Rexi rectũ, Sanxi sanctũ, Sanciui aũt sancitũ habet. Tinxi tinctum.

ctum. Pinxi pictum, Finxi fictum, Strinxi strictum, Minxi mictum, Rinxi rictum. Hæc tamen ultima quinq; abijciunt n in supinis, ut Pictum, fictum, &c.

Præter figo fixi fixũ, fluo fluxi fluxũ, plexo plexi plexũ. Flecto flectis flexi flexũ. Flexo flexis flexi flexũ .i. flecto. Pecto pectis pexui uel pexi pexũ. Necto nectis nexui uel nexi nexũ.

DE PRAETERITIS ET SVPINIS

Verboꝝ passiuæ terminationis. Prima Reg.

Præterita uerboꝝ passiuæ terminationis circumloquimur, ex participio ptĩ tpis, & uerbo sum, aut eiꝰ deriuato, ut Ornor ornatus sum uel fui. Hortor, hortatus sum uel fui. Doceor, doctus sum uel fui. Fatigor, media pro. fatigatus sum, & non fessus. Arbitror, arbitratus sum uel fui. Digladior, digladiatꝰ sum uel fui, Zachazim neb Sfermugi / Ich fecht. Luctor, luctatus sum uel fui.

Excipitur primo diuertor, diuerti habens. Comperior comperi, & Mereor sine diphthongo merui. Mereo nanq; & mereor habent idem præteritum.

Excipiuntur secũdo ab hac regula Angor, Tesklywim se/ Engstẽ. Arguor, liq̃r, medeor, reminiscor, Spominã/ Gedencke. Vescor, Krmim se/ Gebrauchẽ. Quę carent ptis & supinis. Ita quoq; & ptis & supinis carent oĩa passiua, quoꝝ actiua supinis carent, ut Discor, metuor, poscor, renuor, timeor, tremor, urgeor & similia. Sumũt tñ qñq; uerba carentia ptis ptã uerboꝝ, quæ magis sunt suæ significationi confinia.

Poscor,	Postulatus à postulor,
Vescor,	Pastus à pascor,
Medeor,	Medicatus à medicor,
Arguor, carens ptõ, sumit ptm	Conuictus à conuincor
Reminiscor, uerbi synonymi cũ eo,	Recordatus à recordor,
Ferio,	Percussi à percutio,
Furo,	Insaniui ab insanio,
Liquor,	Liquefactus à liquefio.

SECVNDA REG.

Verba passiuæ terminationis, habent eadem supina, quæ habent sua actiua uera uel ficta. Amo enim & amor habẽt idem supinũ amatum. Lego & legor lectũ habent. Ita digladior habet digladiatum supinum sui uerbi actiui ficti. Si enim digladio diceretur, haberet uticȝ digladiaui digladiatum. Misereor, finge uerbum actiuum misereo, quod si esset miserui, misertũ haberet, quod supinum misereor uẽdicat. Sic in omnibus uerbis deponentalibus & communibus finge uerbum actiuum, deponendo r, & discute quale supinum haberet illud uerbum deponens & commune.

Excipiuntur â regula sequentia uerba, quæ non hñt supina suoȝ uerboȝ actiuoȝ fictoȝ: sed supina habent ut statim dicam, â quibus postea formantur participia præteriti tpis, quibus circumloquimur eorum præterita: Adipiscor adeptũ, Nanciscor nactum, Dosahам przychazym/ Erlangen. Amplector amplexum, Comminiscor commentum, Smiſſlugi/ Erdichten. Complector complexum, Circũplector circũplexum, Defetiscor defessum, Experior expertũ, Skussugi/ Versuchen. Expergiscor exprectum, Probuzugi se ze sna/ Munter werden. Fateor fassum, Nitor nisum uel nixum, Prazugi vsylugi. Nascor natũ, Obliuiscor oblitum, Zapominam/ Vergessen. Orior ortum uel oritum, Ordior orsum, Pozinam/ anfahen zureden. Paciscor pactum, Srownawam pokog zinim/ Frid machen. Patior passum, Trpim / Leiden. Proficiscor profectũ, Fatiscor fessum, Vmaham se vstawam/ Müed werden. Fuor fruitum uel fructum uel fretum habet, Vziwam/ Gebrauchen. Gradior gressum, Chodym kratzim/ Gen oder schreytten. Irascor iratum, Hniewam se/ zürnen. Labor lapsum, Padam hlesam/ Schtulpet. Loquor loquutum Mluwim/ reden. Metior mensum, Mierzym/ messen. Morior moritũ uel mortuũ, Queror questũ, Zialugi/ Klagẽ. Reor ratum, Domniwam se/ Verdencken. Sequor secutum, Naſle-

dugi/Nachuolgen. Tueor tutum, Ochranugi/ Beschirmē. Tuor tuitum, Patrzym hlydam / Ansehen. Vlciscor ultum, Mstimse/Rechen. Operior opertum, Oziekawam/Harrē. Vtor usum, Vziwam/Gebrauchen.

DE DECLINATIONE uerborum Impersonalium.

Verbum impersonale est, quod nec nūeros distinctos, nec personas habet, ut Oportet. Dicimus enim, Me, te, illum, Nos uos, & illos decet cantare.

Genera uerborum impersonalium duo sunt. Actiuæ uocis, & passiuæ. Actiuæ uocis t terminantur, ut Decet. Passiuæ uocis tur terminantur, ut Amatur.

DE PRAETERITIS ET Supinis Impersonalium.

Verba impersonalia habent præterita in tertijs tantum personis singularibus, quæ haberent si essent personalia, præter liquet, quod caret præterito secundum quosdam. Et miseresçit, quod similiter præterito caret, ait Aldus Manutius. Credo tamen habere liquet licuit, & miseresçit misertum est.

Exempla regulæ. Tedet teduit, oportet oportuit, decet decuit, iuuat iuuit, pœnitet pœnituit, uacat uacauit, præstat præstitit, conducit conduxit, benefit benefactum est, docetur doctū est, amatur amatū est uel fuit, legitur lectū est uel fuit, curritur cursum est uel fuit, libet libuit uel libitū est, licet licuit & licitū est, miseret misertū est uel fuit, ptędet pertæduit uel ptæsum est, piget piguit & pigitum est, placet placuit & placitum est.

Verba impersonalia actiuæ uocis, ferè omnia supinis carent præter libet libitum, licet licitum, miseret misertum, pertædet ptęsum, piget pigitū, placet placitū, pudet puditum, benefit benefactum, malefit malefactū, satisfit satisfactum, & si sunt alia.

MODVS CONIVGANDI Impersonalia.

Verba impersonalia tam actiuæ q̄ passiuæ uocis coniugant

tm̃ in tertijs ꝓsonis singularibus, quanꝯ ipsa non tertiæ tm̃ personæ, sed incertæ, nec singularis nũeri, sed incerti esse dicantur.

DECLINA OPORTET.

¶Indicatiuo mõ tempore pñti, Oportet. Ptõ imperfecto, oportebat. Ptõ perfecto oportuit. Ptõ plusq̃perfecto oportuerat. Futuro, oportebit. Imperatiuo mõ tpe pñti, oporteat tm̃. Futuro caret. Optatiuo mõ tpe pñti & ptõ imperfecto, utinã oporteret. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto, utinam oportuisset. Futuro, utinam oporteat. Subiunctiuo mõ tempore pręsenti, cum oporteat. Ptõ imperfecto, cum oporteret. Ptõ perfecto, cum oportuerit. Ptõ plusquãperfecto, cũ oportuisset. Futuro, cum oportuerit. Infinitiuo mõ tpe pñti & ptõ imperfecto, oportere. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto, oportuisse. Cæteris caret. Hoc mõ coniugant̃ oĩa impersonalia actiuæ uocis, puto in tertijs tantũ personis. Nam si impersonale fuerit primæ coniugationis, ut uacat, iuuat, cõiugatur sicut uerbum amo in tertijs personis. Si fuerit secundæ coniugationis, ut decet, pœnitet, coniugatur, sicut doceo in tertijs ꝓsonis singularibus. Si aũt fuerit tertiæ coniugationis, ut conducit, incipit, declinatur quẽadmodum lego in tertijs singularibus. Si uero quartæ coniugationis impersonale uerbũ extiterit, ut expedit, cõuenit, sicut audio in tertijs personis singularibus coniugatur. Carent tamen quibusdam tertijs personis & temporibus, sicut uidere licet in declinatione uerbi oportet. Carent enim futuro imperatiui & futuro infinitiui. Item & supinis.

Verba impersonalia actiuæ uocis carent participijs. Reperimus tamen pertæsus. Sueton. Quasi pertæsus ignauiam suã. Legimus quoꝯ pœnitens & pœnitendus, pudens & pudendus, pigendus, libens, decens, q̃ tn̄ potius noĩa quàm participia sunt dicenda, scribunt oẽs grãmmatici. Quin & pertæsus ignauiam suam ausim dicere nomen cum accusatiuo figurate, inquit Aldus Manutius, ut lucemꝯ perosi: quia non habet pertæsus casum uerbi tedet. Non enim dicimus: Ille tedet ignauiam

am ſuam, ſed illum tędet ignauiæ ſuę. Ideo nomen eſt perędsus accuſatiuo figurate iunctum, & oſus, exoſus, peroſus. Hæc Aldus Manutius neotericorum non extremus. Impersonalia habere gerundia Lancilotus docet.

Impersonale uerbum paſſiuæ uocis ſolet plerumq; naſci, uel á tertijs actiuorum perſonis ſingularibus tantum addita ur, ut amat amatur. Vel à neutris actiuam uel abſolutam uim habẽtibus, non tamen paſſiuam, ut Statur, currítur, uiuitur. A paſſiuis uero ſeu communibus, deponentibuſve nunquam impersonalia fiunt, ait Mancinellus, utẽs teſtimonio Priſciani. Et addit Aldus, ea ſemper habere actiuam ſignificationem.

Verba impersonalia paſſiuæ uocis, ut prædicta, in tertijs tm perſonis coniugantur ſingularibus. Coniugatur inquam uerbum impersonale paſſiuæ uocis, quemadmodum coniugatur in tertijs perſonis ſingularibus, uerbum paſſiuum uerum uel ſictum uerbi actiui à quo naſcitur uerbum impersonale.

EXEMPLVM.

¶Indicatiuo mõ tẽpore pñti, Amatur. Ptõ imperfecto, amabatur. Præterito perfecto, amatum eſt uel fuit. Præterito plusquamperfecto, amatum erat uel fuerat. Futuro amabitur. Imperatiuo modo tẽpore præſenti, ametur. Futuro, amator Vel caret ſecundum Lancilot. Optatiuo mõ tempore pñti, & ptõ imperfecto, utinam amaretur. Ptõ perfecto & plusq; perfecto utinam amatum eſſet uel fuiſſet. Futuro utinam ametur. Subiunctiuo mõ tempore pñti, cum ametur. Ptõ imperfecto, cũ amaretur. Ptõ perfecto, cum amatum ſit uel fuerit. Ptõ plusq; perfecto, cum amatum eſſet uel fuiſſet. Futuro, cum amatum erit uel fuerit. Infinitiuo modo tpe præſenti, & ptõ imperfecto amari. Præterito perfecto & plusquamperfecto, amatum eſſe uel fuiſſe. Futuro, amatum iri, Secundum Lancilotum caret.

DE VERBIS ANOMAlis & Defectiuis.

¶Ano

DE ANOMALIS.

Anomalum verbum dicitur latine inequale. Ideo verbū dicitur anomalum quod inequaliter a Grammaticis obseruatur. Vnde quedā sunt coniugatione anomala siue inequalia/ que primam syllabam non obtinent/vt Sum/volo/edo/nolo/malo. Dicitur enim/ Volo vis vult/ Fero fers fert. Alia modis vt Queso/quod est solum indicatiui modi/ quedam sunt etiā Forem/ausim/inquam/aue/salue/vale. Alia personis/que scilicet primam personam non enūciant/vt ouo ouat/furo furis furit/fatis fatur/daris datur. Non.n. dicimus/ouo/furo/furio/vel for/dor. Itaquedam neutra/ que solum in tertijs personis vocem passiuam habēt/vt Tellus aratur/Vrbs habitatur. ¶Item Rorat et singula verba exempte actionis/que prima persona carēt. Et facticia. Latrat/ mugit/balat. Et omnia impersonalia. Alia numeris vt Faro. Itē Supina et Infinitiui. Alia sunt anomala figuris/vt Impleo/deleo. Alia per tempora vt Odi/cepi/memini. Hec Brassican. et Lancilot. lib. 5.

Primo sunt anomala uerba hæc quattuor, Dico, duco, facio & fero. Quæ in secunda persona singulari, præsentis imperatiui apocopen patiuntur. Flectuntur enim inibi. Dic & non dice, duc & non duce, fac & non face, fer & non fere: & ita flecti differentiæ causa existimant. Eorꝝ composita simplicibus similia sunt. At non omnia ex facio composita. Composita em̄ ex facio & præpositionibus apocopen minime patiuntur, ut perficio perfice, conficio confice, & c̄. Cętera eius composita, ut simplex declinantur, sicut malefacere malefac, benefacere benefac. Præterea quæ in co desinunt, ipsa nanq; primæ coniugationis sunt, & ut amo inflectuntur, ut sacrifico, magnifico, ædifico, mortifico, falsifico, & huiusmodi.

Secundo loco est defectiuum uerbum aio, quod hoc pacto declinatur. In præsenti indicatiui: Aio, ais, ait. P. aiunt. Ptō imperfecto indicatiui, aiebam, aiebas, aiebat. P. aiebamus, aiebatis, aiebant. Præterito perfecto, ai, aisti, ait. P. aimus, aistis. Imperatiuo modo, ai. Item aiat reperitur, uide Calepin.

Tertium defectiuum est Aue. Variatur ita. In secunda persona singulari imperatiui aue. In secūda persona plurali auete. Hoc modo declinatur salue & uale ualete. Saluete salueto. Saluere legimus, & saluebis ualebis reperimus. Hisce uerbis salutamus & excipimus uenientes & abeuntes. Alio autem significato aue & uale integre coniugantur.

Quartum

Quartum est ausim. In præsenti subiunctiui modi, Ausim, ausis. In plurali ausint. Cæteris deficit.

Quinto defectiuũ est cedo, ꝗd est secunda persona singularis impatiui. In secũda in plurali habet cedite, Cedo. i. dic ul' da.

Sexto anomalum est uerbũ edo ꝗd sic coniugatur. Indicatiuo mõ tempore pñti. Edo, es, est. Pl. edimus, editis, edunt. Ptõ imperfecto, edebam, bas, bat. P. edebamus, batis, bant. Ptõ perfecto, edi, edisti, edit. P. edimus, distis, derunt uel dêre. Ptõ plus ꝗperfecto, ederam, ras, rat. P. ederamus, ratis, rant. Futuro, edã des, det. P. edemus, detis, dent. Imperatiuo mõ tpe pñti ad secũ dam & tertiam personã, es tu uel ede, edat ille. P. edamus nos, edite ul' este uos, edãt illi. Futuro, esto tu, esto ille. P. edam⁹ nos estote uos, edũto illi. Optatiuo mõ tpe pñti & ptõ imperfecto utinam essem, esses, esset. P. essemus, setis, sent. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto, utinã edissem, edisses, edisset. P. edissemus, setis sent. Futuro, utinam edam, as, at. P. utinã edamus, atis, ant. Subiunctiuo mõ tpe pñti, cũ edam, as, at. P. cum edamus, atis, ant. Ptõ impfecto, cũ essem, esses, esset. P. cum essemus, essetis, sent Ptõ perfecto, cũ ederim, deris, derit. P. cũ derimus, ritis, rint. Ptõ plusq̃perfecto, cõ edissem, sses, sset. P. cũ edissemus, ssetis, ssent. Futuro, cũ edero, ris, rit. P. cũ derimus, ritis, rint. Infinitiuo mõ tpe pñti & ptõ imperfecto esse. Ptõ perfecto & plusq̃ perfecto, edisse. Futuro, esum ire uel esurum esse. Supina, esum uel estum, esu uel estu. Gerundia uel participialia noia edendi, edendo, edendũ. Duo participia nascuntur ab hoc uerbo. Alterũ pñtis & ptĩ imperfecti tpis in ns, quod est edens. i. qui est, uel edebat. Alterũ futuri in rus, ꝗd est esurus. i. qui edet. Potest eciã coniugari. Edo, edis, edit, eodẽ significatu. Vnde comedo comedis, uel comes comest, sed prius frequentius.

Edo in passiuo nunc inflectimus in tertijs tm̃ personis sicut aratur arantur, & bibitur bibuntur. Hoc mõ: Indicatiuo mõ tpe pñti, editur uel estur. P. eduntur. Ptõ imperfecto, edebatur P. edebantur. Ptõ perfecto, esus est uel fuit. P. esi sunt fuerunt uel fue-

uel fuêre. Ptō plusq̄perfecto, esus erat uel fuerat. Plu. esi erant uel fuerant. Futuro, edetur. P. edentur. Imperatiuo mō tēpore pñti, edatur. P. edantur. Futuro, editor. P. eduntor. Optatiuo mō tpe pñti, & ptō imperfecto, utinā ederetur. P. utinā ederentur. Ptō perfecto & plusq̄perfecto, utinā esus esset uel fuisset. P. utinā esi essent uel fuissent. Futuro, utinā edatur. Pl. utinam edantur. Subiunctiuo mō tpe pñti, cū edatur. P. edantur. Ptō imperfecto, cū ederetur. P. cum ederentur. Ptō perfecto, cum esus sit uel fuerit. P. cum esi sint uel fuerint. Ptō plusq̄perfecto cū esus esset uel fuisset. P. cū esi essent uel fuissent. Futuro, cum esus erit uel fuerit. P. cum esi erint uel fuerint. Infinitiuo mō tē pore pñti, & ptō imperfecto, edi. Ptō perfecto & plusq̄perfecto, esum esse uel fuisse. Futuro, esum iri. Participia esus uel edendus. Vnde comesus & ambesus magis quàm comestus: licet usi quidam fuerint, ut inquit Aldus Manutius.

Hoc pacto etiam coniugantur reliqua uerba neutra in passiua uoce, ut aratur arantur, bibitur bibuntur. Id tamen in sua coniugatione. Liquet quoq; iam quo modo declinandum sit editur uel estur impersonale, quia id in tertijs tantum personis singularibus inflectitur.

Septimo est anomalū uerbū eo. Nā & ipm nō oīno iuxta regulā uerboꝝ quarti ord. coniugaī. Declinatur hoc modo.

Iudicatiuo mō tpe pñti, S. Eo, is, it. P. imus, itis, eunt. Ptō imperfecto, ibam, ibas, ibat. P. ibamus, ibatis, ibant. Ptō perfecto, iui, iuisti, iuit. P. iuimus, iuistis, iuerunt uel iuêre. Vel per conciſionem, ij, isti, ijt. P. imus, istis, ierunt uel iêre. Ptō plusq̄perfecto, iueram, iueras, iuerat. P. iueramus, iueratis, iuerant. Et per conciſionem, ieram, ieras, ierat. P. ieramus, ieratis, ierant. Futuro, ibo, ibis, ibit. P. ibimus, ibitis, ibunt. Imperatiuo mō tempore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam, i, eat. P. eamus, ite, eant. Futuro, ito tu, ito ille. P. eamus, itote, eunto. Optatiuo modo tempore pręſenti, & præterito imperfecto. utinam irem res, iret. P. iremus, iretis, irent. Prætęrito perfecto & pluſquàm perfe

perfecto,utinam iuissem,iuisses,iuisset. Plu.iuissemus,iuissetis, iuissent. Futuro,utinam eam,eas,eat. P.utinam eamus,eatis, eant.Subiunctiuo modo tempore præsenti,cum eam,eas,eat. Pl.cum eamus,eatis,eant. Ptō imperfecto,cum irem,ires,iret. P.cum iremus,iretis,irent.Præterito perfecto,cum iuerim,iueris,iuerit.P.cum iuerimus,iueritis,iuerint. Præterito lusq; perfecto,cum iuissem,iuisses,iuisset.Plur.cum iuissemus,iuissetis, iuissent.Et per concisionem,issem,&c.Futuro,cum iuero,iueris,iuerit.P.cum iuerimus,iueritis,iuerint. Vel per concisionē, iero.Infinitiuo modo tempore præsenti,& præterito imperfecto,ire.Præterito pfecto & plusquàmperfecto,iuisse, uel ijsse, per concisionem.Futuro,itum ire,uel iturum esse. Gerundia, eundi,eundo,eundum.Supina,itum,itu.Participia iens & iturus.Hoc modo declinantur quæcunq; ab eo is componuntur, præter uæneo, quod facit in supino uænum , & participijs caret.Queo item pariformiter declinatur cū composito nequeo, quæ tamen sint eorum gerundia,non legi.

Octauo,est defectiuum hoc uerbū faxo , quod futuri temporis est indicatiui modi,id est,faciam,&in futuro optatiui habet faxim,faxis,faxit.In plurali faxint.

Nono,inter anomala uerba numeratur, Fero,quod coniugatur.Indicatiuo mō tpe pñti, Sing.Fero,fers,fert. P.ferimus, fertis,ferūt.Ptō imperfecto,ferebam,bas,bat.P.ferebamus,ferebatis,bant.Ptō perfecto,tuli,tulisti,tulit. P.tulimus, tulistis, tulerunt uel tulêre,Ptō plusquàmperfecto,tuleram,tuleras,tulerat.P.tuleramus,tuleratis,tulerant.Futuro,feram,feres,feret P.feremus,feretis,ferent. Imperatiuo mō tempore pñti ad secundam & tertiam personam,fer,ferat.P.feramus,ferte,ferāt. Futuro,ferto tu,ferto ille, Pl.feramus nos,fertote uos,ferunto illi.Optatiuo mō tpe pñti,&ptō imperfecto, utinā ferrem,res, ret.P.ferremus,retis,rent.Ptō perfecto & plusq; perfecto, utinam tulissem,tulisses,tulisset. P.utinam tulissemus,ssetis,ssent. Futuro,utinam feram,feras,ferat. P.utinā feramus,ratis,rant.

Subiuncti

Subiunctiuo mõ tempore pñti,cum feram,as,at. P.cum feramus,atis,ant.Ptõ imperfecto,cũ ferrẽ,res,ret. P.cum ferrem⁹, retis,rent.Ptõ perfecto,cum tulerim,ris,rit.P.cũ tulerimus,ritis,rint.Ptõ plusq̃perfecto,cũ tulissem,ses,set.P.cũ tulissemus setis,sent.Futuro,cũ tulero,ris,rit.P.cũ tulerimus,ritis,rint.Infinitiuo mõ tpe pñti & ptõ imperfecto,ferre. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto,tulisse.Futuro latũ ire,uel laturꝫ esse. Gerũdia uel participialia noĩa ferendi,ferẽdo,ferendũ.Supina latũ latu. Ab hoc uerbo actiuo trahunt̃ duo ptícipia.Pñs,ferens.Futurum,laturus.

FEROR.

¶Indicatiuo mõ tpe pñti,Sing.Feror,ferris uel ferre,fertur. P.ferimur,ferimini,feruntur. Ptõ imperfecto,ferebar,baris uel bare,batur.Plu.ferebamur,bamini,bantur.Ptõ perfecto,latus lata,latum, sum uel fui,es uel fuisti,est uel fuit.P.lati,latæ,lata, sumus uel fuimus, estis uel fuistis, sunt fuerunt uel fuêre. Ptõ plusq̃perfecto,latus,lata,latum erã uel fueram,eras uel fueras erat uel fuerat.P.lati,latæ,lata,eramus uel fueramus, eratis uel fueratis,erant uel fuerant.Futuro,ferar,reris uel rere, retur.P. feremur,remini,rentur.Imperatiuo mõ tempore pñti ad secũdam & tertiã personã,ferre,feratur.P.feramur, ferimini,ferantur.Futuro,fertor tu,fertor ille. P.feramur, ferimur,ferũtor. Optatiuo mõ tẽpore pñti,& ptõ imperfecto,utinã ferrer,reris uel rere,retur.P.utinã ferremur,remini,rentur. Ptõ perfecto & plusq̃perfecto,utinã latus,lata,latũ, essem uel fuissem,esses uel fusses,esset uel fuisset. P.utinã lati,tæ,ta, essemus uel fuissemus,essetis uel fuissetis,essent uel fuissent.. Futuro utinã ferar, raris uel rare,ratur.P.utinã feramur,ramini,rantur.Subiunctiuo mõ tẽpore pñti,cũ ferar,raris uel rare,ratur. P.cũ feramur, ramini,rantur.Ptõ imperfecto,cũ ferrer,reris uel rere,retur.P. cũ ferremur,remini,rentur.Ptõ perfecto,cũ latus,lata,latũ,sim uel fuerim,sis uel fueris, sit uel fuerit.Pl.cũ lati,latæ,lata, simus uel fuerimus,sitis uel fueritis,sint uel fuerint. Ptõ plusq̃perfecto,cum latus,lata,latũ, essem uel fuissem,esses uel fuisses,esset uel fuisset.

uel fuisser. P. cum lati essemus uel fuissemus, essetis uel fuissetis essent uel fuissent. Futuro, cum latus ero uel fuero, eris uel fueris, erit uel fuerit. P. cum lati erimus uel fuerimus, eritis uel fueritis, erint uel fuerint. Infinitiuo mõ tempore pñti, & ptõ imperfecto ferri. Ptõ perfecto & pluscp̃perfecto, latũ esse uel fuisse. Futuro, latũ iri. Duo participia trahũtur ab hoc uerbo passiuo. Alterꝝ ptĩ pfecti & pluscp̃perfecti tpis in tus. Latus. i. qui latus est uel fuit: & qui latus erat uel fuerat. Alterꝝ futuri temporis in dus, quod est ferendus, id est, qui feretur.

Decimo, uerbũ fio in eo est anomalũ, q̃d ptĩm habet passiuũ factus sum uel fui, &c̃. Et in pñti optatiui & ptõ impfecto eiusdem. Item & in ptõ imperfecto subiunctiui habet fierem, res, ret. P. fieremus, fieretis, fierent. Cum tñ regulariter haberet firem, res, ret. &c̃. Infinitiuũ quoq; fieri pro fiue. Gerũdijs caret. Supina, factum factu. Fiens aũt & fiendus non dicimus, testes Lancilotus & Aldus. In cæteris modis & temporibus flectitur, fio ut audio. Confire, suffire, suffiui, cõposita ex fio, actiuam habent significationem, licet fio passiuam habeat. Confieri tamen reperitur & in passiua significatione, ut ostendit Calepinus. Habet & fio composita ea, quæ & facio, Calefio, frigefio, quæ habent passiuam significationem.

Vndecimo, est defectiuum forem, quod hoc modo inflectitur. Optatiuo modo tpe præsenti & præterito imperfecto, utinam forem, res, ret. P. utinam forent, id est, essem, esses, esset. Infinitiuo fore, id est, futurum esse. Cæteris caret.

Duodecimo loco, Inquio est uerbum defectiuum, & significat dico. Coniugaturq; hoc modo: In præsenti indicatiui Inquio, aut Inquam, inquis, inquit. P. inquiunt. Præterito perfecto, inquisti, inquit. Futuro, inquam. Imperatiuo, inquiat.

Tredecimo loco sunt defectiua infit. i. incipit cõpositũ ex fio, & ambest ex est ab edo cõposita, nec hñt aliã declinationem.

Decimo quarto est anomalum & defectiuum Memini. Id flectitur hoc modo: Indicatiuo modo tempore pñti & præteri

to perfecto, Memini, meministi, meminit. Pl. memínimus, meministis, memínerunt uel meminêre. Ptō imperfecto & plusq̄ perfecto, memíneram, ras, rat. P. memíneramus, ratis, rant. Futuro caret, sed loco eius utimur futuro subiūctiui. Imperatiuo mō tpe instanti & futuro ad secundas tm̄ personas in utroque numero, memento tu. P. mementote uos. Modo optandi tpe instanti & ptō imperfecto & perfecto plusq̄ perfecto, utínam meminíssem, ses, set. P. utinam meminíssemus, sétis, sent. Futuro caret. Subiunctiuo mō tempore præsenti & ptō perfecto, cum uel si, quámuis uel licet, uel q̄, uelut meminérim, ris, rit. P. cum meminérimus, ritis, rint. Ptō imperfecto & pluſquâmperfecto, cum meminíssem, ses, set. Plu. cum meminíssemus, sétis, ssent. Futuro, cum meminéro, ris, rit. P. cum meminérimus, rítis, rint. Infinitiuo modo tempore præsenti, imperfecto, perfecto & pluſquàmperfecto, meminísse. Cæteris caret. Simili modo inclinatur odi, cœpi, cum œ diphthongo, & pepigi secundum Mancinellum. Hæc tamen ipsa imperatiuum habēt. In hoc sunt dissimilia uerbo Memini.

Noui autem non est defectiuum, huius rei testis est Lancilotus. Cœpi quoq̄ futurum habet infinitiui, cœptum íre. Supina, cœptum cœptu. Hinc ait Ouidi. Dij cœptis nam uos mutastis & illa, Aspírate meis. Inuenitur item Odio, odis, odi, osum. Futuro, odiam & odibo. Hierony. in lib. Prouer. Et imprudentes odíbunt scientiam. Et si quid huiusmodi apud antiquos aut ecclesiasticos inueneris, ne mírare me hic non inseruísse. Nam si omnia hoc meo libello complecti uoluero, nihil aliud efficiam, quàm quòd me & meos auditores, tum libelli lectores sermonis prolixitate frequenter obtundam. Reseco ergo ea, quæ non ædificant, sed destruunt, & fundamentum radicitus euellunt. ¶ Aduertendum quoq̄ est, q̄ ab odio ueteri uerbo osum supinum, participia quoq̄ manant osus osurus, uerbale osor, perosus autem & exosus.

Decimoquinto est defectiuum quæso, in plurali habet quæsumus.

sumus,in præterito quæsiui uel quæsi secundum quosdam:cæteris caret.Ab hoc quæsito frequentatiuum descendit.

Decimosexto est anomalum uerbum sum,q̃d hoc mõ inflectitur.Indicatiuo mõ tpe pñti, Sum,es,est,P.sumus,estis,sunt. Ptõ imperfecto,eram,eras,erat.P.eramus,eratis,erant.Præterito perfecto,fui,fuisti,fuit.P.fuimus,fuistis,fuerunt uel fuêre. Ptõ pluſquàmperfecto,fueram,ras,rat,P.fueramus,ratis,rant. Futuro,ero,eris,erit.P.erimus,eritis,erunt. Imperatiuo modo tempore pñti ad secundã & tertiam personã,sis uel es,sit. P.simus,este,sint.Futuro,esto tu,esto ille.Plu.simus,estote,sunto. Optatiuo modo tempore præsenti & ptõ imperfecto,utinam essem,esses,esset.P.utinam essemus,essetis,essent. Ptõ perfecto & pluſquàmperfecto,utinam fuissem,fuisses,fuisset. P.utinam fuissemus,fuissetis,fuissent. Futuro, utinam sim,sis,sit. Plutinam simus,sitis,sint.Coniunctiuo mõ tempore pñti,cũ sim,sis,sit.P.cum simus,sitis,sint.Ptõ imperfecto,cum essem,esses, esset.P.cum essemus,essetis,essent. Ptõ perfecto,cum fuerim, fueris,fuerit.P.cum fuerimus,ritis,rint.Ptõ pluſquàmperfecto cum fuissem,fuisses,fuisset.P.cum fuissemus,setis,sent.Futuro cum fuero,fueris,fuerit.P.cum fuerimus,fueritis,fuerint. Infinitiuo mõ tempore præsenti & præterito imperfecto,esse. Perfecto & pluſquàmperfecto,fuisse.Futuro caret: sed pro eo utimur fore,& futurum esse. Gerundijs & supinis caret.Huic uerbo duo assignantur participia. Alterum præsentis & pręteriti imperfecti temporis,quod est ens. Alterum futuri in rus,futurus scilicet ab antiquo uerbo fuo.

Et ut sum declinabis,Absum, adsum, insum, intersum, desum,prosum,præsum,obsum,& cætera quę à sum componuntur.Præter possum,quod facit præteritum potui, & possem in optatiuo.A præsum præsens, & absum absens, & possum potens sunt participia.Cætera instantis participia non habẽt. Potens quoq; & nomen & participium existit.

Decimoseptimo est anomalũ Volo, Indicatiuo mõ tẽpore

BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

præsenti, Volo, uis, uult. P. Volumus, uultis, uolunt. Ptō imperfecto, uolebam, uolebas, uolebat. Pl. uolebamus, lebatis, bant. Ptō perfecto, uolui, uoluisti, uoluit. P. uoluimus, uoluistis, uoluerunt uel uoluêre. Ptō plusq̄ perfecto, uolueram, ras, rat. P. uolueramus, ratis, rant. Futuro, uolam, uoles, uolet. Plu. uolemus, uoletis, uolent. Imperatiuo mō tempore pñti ad secundam & tertiam personam, uelis, uelit. P. uelimus, uelitis, uelint. Futuro uelito tu, uelito ille. P. uelimus, uelitote, uelint. Optatiuo modo tempore præsenti & præterito impefecto, utinam uellem, uelles, uellet. P. utinam uellemus, uelletis, uellent. Ptō perfecto & plusquâmperfecto, utinam uoluissem, ses, set. P. utinam uoluissemus, ssetis, ssent. Futuro, utinam uelim, uelis, uelit. Pl. utinam uelimus, litis, lint. Coniunctiuo modo tempore pręsenti, cum uelim, uelis, uelit. P. cum uelimus, litis, lint. Ptō imperfecto, cum uellem, uelles, uellet. P. cum uellemus, lletis, llent. Ptō perfecto, cum uoluerim, ris, rit. Plu. cum uoluerimus, ritis, rint. Ptō plusquâmperfecto, cum uoluissem, sses, sset. P. cum uoluissemus, setis, sent. Futuro, cum uoluero, ris, rit. Pl. cum uoluerimus, ritis, rint. Infinitiuo mō tpe præsenti & præterito imperfecto, uelle. Ptō perfecto & plusquâmperfecto, uoluisse. Sine futuro & supinis. Vnum habet participium, uolens.

Pariformiter flectit̄, Malo, mauis, mauult. P. malumus, mauultis, malunt. Malebam, bas, bat. Malui, &c̄. At hoc modo inclinatur Nolo.

Nolo, indicatiuo mō tpe pñti: Nolo, nonuis, nonuult. P. nolumus, nonuultis, nolunt. Imperfecto, nolebam, lebas, bat, &c̄. Perfecto, nolui. Plusq̄ perfecto, nolueram, &c̄. Futuro, nolam les, let. &c. Imperatiuo mō tpe pñti ad secundā & tertiā personam, noli, nolit. P. nolimus, nolite, nolint. Futuro, nolito tu, nolito ille. P. nolimus, nolitote, nolint. Optatiuo, nollem, &c. Declinatur em̄ per alios modos atq̄ tempora perinde ac uolo.

Decimo octauo sunt defectiua daris & faris, quę carent prīma persona præsentis indicatiui.

Verba

pabuga

74

DE PRAETERI. ET SVPI. VERBA HABENTIA DVPLI cia præterita, ut sequentia uerba.

Cœno cœnaui	cœnatus	Wieżierzim/Nachteſſen.
Iuro iuraui	iuratus	Przyſahám/Schweren.
Poto potaui	potus	Napagimſe pigi/Trencken.
Titubo titubaui	titubatus	Zagikamſe/Pochybugi/
Careo carui	caſſus	(Stammeln.
Pateo patui uel	paſſus	ſum uel fui.
Placeo placui	placitus	
Prandeo prandi	pranſus	
Nubo nupſi	nuptus	Wdawamſe/Mañ nemen.
Sueſco ſueui	ſuetus	
Mereor merui	meritus	Zaſluzugi/Verdienenen.
Libet libuit	libitum	Lybi miſe/Lüſten.
Licet licuit	licitum	Sluſſy/Cziemen.
Pertedet perteduit uel	pteſum eſt uel fuit.	
Piget piguit	pigitum	Lenimſe. leno mi geſt
Placet placuit	placitum	(Verdrieſſen.

PRAETERITA A DIVERſis præſentibus deriuata.

	Aceo		Paſco		Affero
Acui ab		Paui à		Attuli ab	
	Acuo		Paueo		Attollo
	Pendeo		Cerno		Vertor
Pepẽdi à		Creui à		Verſus à	
	Pendo		Creſco		Verror
	Frigeo		Mulgeo		Fulcio
Frixi à		Mulſi à		Fulſi à	
	Frigo		Mulceo		Fulgeo
	Strideo		Nexo		Polleo
Stridi à		Nexi à		Pollui à	
	Strido		Necto		Polluo.

	Pateo	Luceo
Passus à	Patior	Luxi à
	Pandor	Lugeo.

Cõposita ex salio, & sileo siles silere. Cõposita ex pango & pingo eadem hñt præterita, & forsan quædam alia.

Quædam sunt uerba habentia eadem supina.

Pando	Prodo	Pango	
Pateo passum		proditum	pactum
Patior	Prodeo	Pacíscor	
Verro	Mulgeo	Tendo	
Vergo uersum		mulsum	tentum.
Verto	Mulceo	Teneo	

Vinco, Viuo uictum.

Habetis modo amantíss. auditores regulas omnes omniaq; documina. Reliqua quoq; scitu digna, quibus in cognitionem uerbi eiusdemq; accidentium perfacile uenire poteritis, ea ut sedulo discatis oro.

DE PARTICIPIO.

PARTICIPIVM. Est pars orationis partem capiens nominis & uerbi. Recipit enim à nomine genera & casus, à uerbo autem tempora & significationes, ab utroq; numerum & figuram. Hæc est Donati definitio, & eius declaratio. Participiũ etiam à Diomede (ut refert Lancilo.) quarto loco inter partes orationis ponit, & post uerbũ: idq; non ab re. Quemadmodũ enim pronomen, q̃d loco noīs ponitur, nomen sequitur, ita & participiũ, q̃d loco uerbi ponitur, & ab ipso nascitur, ipm uerbũ seqtur. At hoc nihil ad adolescentis facit eruditionẽ, q̃ loco ponat participium. Ego tñ hunc seruare ordinem uolui.

PARTICIPII ACCIDENTIA.

Participio accidũt Sex (ut Donatus docuit) Genus, Casus, Tempus, Significatio, Numerus, & Figura. Lancilotus uero uult

uult formam esse participij accidens, per quam intelligit terminationes participiorum, quarũ sunt septem: Ans, ens, sus, tus, xus, rus, dus. Mortuus nanq; secundum eundem participium non est. Allegans pro hoc Augustinum in grammatica. Idem Lancilo nititur probare, figuram non esse accidens participij. Nam nullum participium per se componitur. Si aũt cũ aliqua dictione cõponitur, cũ qua uerbum suum non cõponitur: iam nomen est & non participiũ, ut indoctus. Vult itaq; perlegens non esse compositũ participiũ, sed ipsum à cõposito uerbo deriuari. At nos Lancilo in hoc probamus, quòd dicit nullum esse participium compositæ figuræ. Nihilominus tamen figuram pro accidente participij ponimus. Aliud enim participium est simplicis figuræ, ut legens. Aliud compositæ, ut negligens, ut infra dicemus. Nec me rideas, cum dixi compositæ. Nam docendi gratia (ait Cicero in Tuscula. quest.) utendum est uerbo minus usitato.

GENVS.

Quattuor sunt participiorum genera: Masculinum, ut amatus: quia omne participium in us, est masculinum. Fœmininum, ut amata. Omne em̃ participium in a, est fœmínini generis. Neutrum, ut lectum. Nam omne in um participium est neutrum. Omne, ut scribens. Nam quodcunque in ns participium, est generis omnis. Præter ens, quod neutrum est, & substantiuum, cum cætera sunt adiectiua. Sunt tamen in obliquis quædam participia communis generis, ut amantem.

CASVS.

Casus Participiorũ sunt Sex, ut nominis. Participiorum quoq; declinatio, in nominum uariatione patuit.

TEMPVS.

Tempora participiorum sunt Quinq;.

Præsens & præteritum imperfectum, ut amans. Quia om̃e participium in ns, præsentis & præteriti imperfecti tẽporis est, ut legens, id est, qui legit uel legebat. Et formatur à prima per-

ſona præteriti imperfecti, mutando bam uel bar in ns. Participia uero ab eo & queo, & eoꝝ cõpoſitis, formant̃ ab eadẽ per ſona, ꝟtendo bam in ens ſyllab. ut iens, quiens. Ens aũt format̃ ab eram, ram in ns mutato. Abſens & præſens interponunt s.

Præteritum perſectũ & plusq̃perfectum, ut amatus. Quia omne participium in tus, ſus, xus, eſt præteriti perfecti & plusq̃perfecti tẽporis, ut doctus. i. qui doctus eſt uel fuit: uel q̃ doctus erat uel fuerat. Formatur aũt à ſecunda uoce ſupini modi (quæ uox eſt paſſiua) correpta u, & addita s, ut amatu amatus. Ait enim Lancilotus, ſupinum eſſe modum uerbi, & à prima uoce ſupini modi, q̃ eſt actiua deriuari ꝑticipia in rus. A ſecunda uero uoce quæ eſt paſſiua participia p̃teriti temporis.

Futuꝝ tempus, ut lecturus. i. qui leget. Amandus. i. qui amabitur. Omne enim participium in rus & dus, futuri eſt temporis. Illud in rus formatur à primo ſupino, uertendo m in rus. Illud uero in dus formatur à gtõ ſui pręſentis, tis ſyllaba mutata in dus. Ab orior tamen ortus deſcendit & oriturus, non orturus. Quædã em̃ ſunt uerba, inquit Neſtor in utum, ſupina formantia, q̃rum participia futuri tp̃is in itur⁹ deſinũt, uerbaliaq̃ in itio, ut argutũ arguiturus arguitio, tutũ tuiturus tuitio, ſputum ſpuiturus ſpuitio, plutum pluiturus pluitio: pręteritũ pariturus, natũ naſciturus, fructum fruiturus, ignotũ ignoſciturus.

SIGNIFICATIO.

Significationes participioꝝ ſunt quinq̃. Actiua, cũ ab actiuo deſcẽdit uerbo, ut amans ab amo. Paſſiua, cũ à paſſiuo deriuatur uerbo, ut ab amor amatus. Neutra ſignificatio participij eſt, ſi ipſum à uerbo neutro ueniat, ut ſedens à ſedeo. Communis ſignificatio, cum à communi uerbo deducitur, ut largiens a largior. Deponens, ſi à uerbo deponẽti oriatur, ut à proficiſcor profectus. Ab actiuo uerbo duo deſcendunt participia. Eræſens in ns, & futurum in rus, quando non caret ſupinis. A uerbo paſſiuo duo ueniunt participia. Vnum præteriti temporis. Alterum futuri in dus, niſi caruerit pręterito. Sic enim habebit

tantum

tantum futurum in dus,ut à metuor,quod caret præterito,uenit unicum participium metuendus scilicet. A uerbo neutro, duo ueniunt participia,ut ab actiuo. Si tamen habẽt passiuum in tertijs personis,ut semino,tundo,aro, &c̃. habent quattuor participia,ut seminans & seminaturus in actiua significatione, seminatus & seminandus in passiua significatione. Arans araturus aratus & arandus. Sunt alia neutra habentia tria participia,ut sunt ea,quæ habent ptã actiua & passiua, ut à cœno cœnans cœnatus & cœnaturus, à prandeo prandens pransus & pransurus,nubo nubens nupta & nuptura. Et neutropassiua etiam habent hæc tria participia, præsens, ptm̃, & futurum in rus,ut gaudens gauisus gauisurus. Vsurpãtur etiam à neutris qñq; in dus participio. Ouidi. Quæ uenit indigne pœna dolenda uenit. Idem: Virq; mihi dempto fine carendus abest. A uerbo communi quattuor deducuntur participia. Duo in actiua significatione tantum in ns & in rus, ut largiens & largiturus. Vnum in passiua tm̃ in dus,ut largiẽdus,qui donabitur. Vnũ in cõmuni,hoc est, tam in actiua q̃ in passiua significatione p̃teriti temporis,ut largitus,qui donauit,& qui donatus est A deponenti uerbo tria deriuantur participia, præsentis temporis, p̃teriti perfecti,& futuri in rus,ut sequens, sequutus, sequuturus. Quædam deponentia quæ cõia olim extitere, significãtq; actionem: ultra hæc tria participia habent quartum in dus,ut loquendus,sequendus,utendus,ita probat Aldus. Quædã uerba licet supina habeant, participijs tñ ab ipsis formandis qñq; carent,ut cano cantum,non cãturus legimus: necq; cantus canta cantum. Iuuo iuui iutum,iuturus tñ non habet,licet adiutus à cõposito legatur ✠bo. Neco nectũ tñ nõ necturus habet,sed enectus reperitur. Ab alo altum uel alitum, attñ aliturus nõ legitur. Imbuo,non imbuturus,licet imbutus. Cresco habet cretum,nõ habet creturus,tamen legitur cretus. Huiusmodi sunt plura alia,quæ etiam Lancilotus enumerat.

Quædam sunt participia (inquit Lancilo.) abusiua,i.ab alia

orationis parte usurpata quàm à uerbo, quæ uim participij habere uidentur, ut galeatus, tunicatus. Aliquando nulla origine ut perosus, exosus, pregnans. Aut contra regulam, ut pœnitẽdus. Item, quæ non seruant significationem à uerbo suo, ut tacitus. Item quę similia participijs sunt, ut stellatus, literatus, pellitus, acutus, hirsutus, cornutus, quę omnia & similia potius nomina quàm participia sunt dicenda, præsertim cum nullũ tempus notarint.

NVMERVS.

De Numero in participijs eodem modo ut in nomine iudicandum est.

FIGVRA.

Duæ sunt Figuræ participiorꝝ. Simplex, ut legens. Decomposita, ut perlegens. Nullum enim participium per se componitur. Si autem componitur cũ aliqua dictiõe cum qua uerbũ suum non cõponitur, iam non est participiũ, sed nomen. Decõposita autem dicitur, quod à compo[illegible]o descendit.

Quattuor modis participia in uim nois transeunt. Compositione primo, quando. s. componitur cũ dictione, cum qua suũ uerbum non componitur, ut edoctus, euidens, infectus, quando non factus significat. Nam indoceo, euideo, infacio, non dicimus. Secundo constructione, qñ construitur cum alio casu quàm uerbũ à quo descendit, ut Abundans lactis, amans iustitiæ, patiens laboris, expertus belli Non enim congrue dicitur. Abundo lactis, amo iustitiæ, &c.

Tertio, comparatione, quando comparatur participium fit nomen, ut doctus doctior. Quarto tpis amissione, ut amãdus, .i. dignus amari: perditus, dignus perditione. Amissione quoq; significati participium nomen efficitur, ut acceptus. i. gratus, scitus. i. pulcher. Terent. in Andria Scitus puer è Pamphilo. Item circumspectus, sapiens, cautus, profusus, tutus, disertus, consyderatus, inconsyderatus, omnia sunt nomina amissione temporis significati & casuum suorum uerborum.

Liber

LIBER SECVNDVS, DE QVATTVOR PARTIBVS ORATIONIS INDECLINABILIBVS.

BENEDICTO FARNER, ACHANtinopolitano philosopho & Iurisconsulto, Facundissimo canonico Stutgardiano, pręceptori & amico suo unico, Iacobus Henr. S. P.

ESSEM profecto ingratus, si te non uehementer amarem, quẽ scio mei amantissimũ, si te non summa obseruatiõe prosequerer, qui tot tantaq; in me sine ullis meis meritis contulisti bñficia. Amo itaq; te non uulgariter, amaboq; usq; ad extremum spiritum. Gratiasq; quas nũc habeo & ago maximas si licuerit olim reddam & referam. Quem meum in te amorem ut tibi ostẽderem, uolui hunc secundũ librũ laboris mei tibi p̃ceptori & amico meo dilectiss. dicare. Quæcunq; enim hoc meo libello doceo, te doctore accepi & didici. Suscipito rogo libens, q̃d discipulus tuus tibi offert, p̃ceptoriq; munus subeas, hoc est, quæ in hoc nr̃o libello tibi displicuerint, explodas, in cæteris defendito. Defendito inquam à coaxantibus ranis, quas tñ coaxare non inuiti pmittimus. Nam q̃ sonorius cantitare rana sese putauerit, tanto magis uocis raucedinẽ indicat. Quantoq; seteger & immũdus suis uehementius grunire cęperit, tanto magis sordiciem & obscęnitatem ostendit, quibus oblitus, impurissimus sordescit. Nõ secus inuidi & barbari (qui contra nos latrant, & studium nr̃m floccifaciũt) scribiliginibus & labdacismis suis creberrimis se se rudes ignaros & sordidos, planeq; impuros esse rectissime declarant. Et se spurcissimos porcos esse tandem fateantur necesse est, cum plus se paludibus, hoc est, ruditate & omni sorde quàm uenustate & elegantia delectare cũ uerbo tum omni opere comprobant. Latrent ergo quàmdiu libuerit cõtra nos dummõ te defensorem habeamus. Non pluris faciam insidias horum

horum quam gigas aliquis pomilionem, aut leo morsum muscæ. Tu uale domine & frater charissime, & me ut consuetudine præscripta soles ama, & ego ne amando superatus iudicer, studebo semper. Vale iterum. Ex Tubinga, nono Kalendas Apriles, Anno Millesimo quingentesimosexto.

DE ADVERBIO.

ADVERBIVM, Est parsorationis indeclinabilis, quæ adiecta uerbo, significationē eius explanat atq; implet. Aduerbium dicitur, quod stat ad, id est, iuxta uerbum, ad explanandam seu implendam eius significationem. Sunt ad unguē partes orationis declinabiles declaratæ, post quas subiūgemus reliquas quattuor, quæ sunt indeclinabiles. Et primum locum aduerbio dabimus, ut Dona. fecit. Nam ordinē Donati in nullo mutauimus, quām in participij locatione. Et id eā ob rem fecimus, ut quattuor declinabiles partes se sequerentur. At seruet quicunq; ordinem quem uoluerit. Nam idipsum hac in re parum facit ad eruditionem.

ACCIDENTIA ADVERBII.

Aduerbio, secundum Donatum, accidunt Tria: Significatio, Comparatio, & Figura.

DE SIGNIFICATIONE.

Aduerbium, aut est Significationis.

Loci, ut hic uel ibi, huc, illuc, illic, istic, hinc, inde, intro, foras, intus, fori, unde, hac, illac, istac, & similia. Temporis, ut hodie, heri, nunc, nuper, cras, aliqñ, olim, tunc, cū, dum, mane, mō, sero, semper, tarde, dudū, iamdudum, pridem, pridie, postridie, extēplo, statim, confestim, mox, consinuo, illico, perendie, nudiustertius, nudiusquartus, diu, noctu, uesperi, & plura alia. Numeri, ut semel, bis, ter, quater, decies, toties & q̄ties. Negandi, ut haud, non, necq;, nequaq̄, minus. Affirmandi, ut etiam, quin, ni, certe, quidni, profecto, uidelicet. Demonstrādi, ut en, ec

ut En,ecce,eccum,eccam,ellam. Optandi, ut utinam,oſi,o. Hortandi,ut eia,age,agite,agedũ,ehodũ. Ordinis, ut deinde, deinceps, decetero, poſtea,prius,interim, interea,obiter, præterea. Interrogandi,cur,quare,quamobrẽ,an,ne,utrum nonne,nunqd,qualiter,qñ,quõ. Similitudinis, ut quaſi, ceu, ſicut,ſicuti,uelut,ueluti,tanq̃,ut,uti,quẽadmodũ,inſtar,ita. Qualitatis,ut docte,pulchre,fortiter,uiriliter,bene,male,& infinita alia quæ deducuntur à cõparabilibus noĩbus. Quantitatis,ut multum,parũ,modicũ,minimũ,minime, ualde,admodum,apprime,magnopere,ſatis. Dubitandi, ut forſan,forſitan,fortaſſis uel fortaſſe,forte. Perſonalia,ut mecum,tecum ſecũ,nobiſcũ,uobiſcũ. Vocandi,ut o,ohe. Reſpõdendi,ut heus. Separandi,ut retrorſum,ſeorſum,ſepatim,ſingulatim, ſecreto,diſcrete. Iurandi,ut ædepol,caſtor,hercle,mediusfidius. Eligendi,ut potius,imo,magiſq̃. Congregãdi,ut ſimũl, una,pariter,adinuicem,mutuo, coniunctim. Prohibendi,ut ne,neu. Euẽtus,ut forte,fortuitu,ſorte,caſu,fortuna. Comparãdi,ut magis,minus,maximũ,minimũ,minime,ualde, &c.

Intendendi,ut prorſus,penitus,omnino,protinus,funditus.

Remittendi,ut uix,paulatim,fere,pene,pedetentim,paſſim, ſenſim,propemodum. Excludendi, ut tantum, tantummodo,pax,ſolum,duntaxat. Concedendi,ut eſto,ſane.

SIGNIFICATIONES ADVERB. HOC

Hexaſticho cõprehenduntur,non tñ ordine iã poſito.

Temporis atq̃ loci,quali,quanti,atq̃ negandi,
Da confirmandi,iurandi, da prohibendi,
Optandi,euentus,hortandi, daq̃ remiſſum,
Congregat intenti,numeri,ſimili,dubitandi,
Excluſi,atq̃ uoca,monſtra,eli,con,per,& inter,
Reſpon,or,ſepar,debes coniungere compar.

COMPARATIO.

Aduerbium cõparatur per poſitiuũ, comparatiuũ & ſuperlatiuum. Comparãtur aũt ea aduerbia,quæ à nominibus comparabili

parabilibus deducuntur, ut docte, pulchre, bene, &c. Et habēt comparatiuū ſimilem cōparatiuo neutri generis nominis. Et ſuperlatiuū ſimilem ſuperlatiuo neutro nominis. Habēt etiam eundem ſuperlatiuum in e, ut docte doctius doctiſſimum uel doctiſſime. Bene melius optimum uel optime, perdocte multo doctius quàm doctiſſime. Ita comparantur cętera aduerbia quibus iungitur per. Nam per proprium eſt poſitiui, multo comparatiui, quàm ſuperlatiui.

FIGVRA.

Aduerbium, aut eſt
- Simplicis figuræ, ut diu.
- Compoſitæ, ut interdiu.
- Decompoſitę, ut indocte, quia deſcendit à nomine compoſitæ figuræ.

Animaduertendū etiam eſt, ꝙ præpoſitio ſeparatim aduerbijs nō applicatur. Et ſi legit deſurſum, exinde, abuſq;, dehinc. Sed hęc unā partem orationis ſub uno accentu dicemus. Non enim latinus ſeu grammaticus dicit, deſero, demane. Verū de primo mane & dicimus & legimus, ubi præpoſitio non iungitur mane, ſed primo. Item, mane nouo lectum eſt. Et ita de mane & etiam cætera aduerbia iuncta nominibus, nomina efficiuntur, Iubetq; Lancilot. in hoc loco mane declinari: Mane, manis, mani, mane, à mane. Exceptionemq; eſſe à regula quæ terminant ablatiuos nominum terminatorum e in i.

Nota differentiā inter quo & quorſum. Quo querit locum. Quorſum uero uiam. Quorſum uadā, ſi de itinere dubito. Reſpōſio fiat. Surſum, deorſum, horſum, retrorſum, &c. Quo uadis, quero locum. Reſponſio fiat. Vlmam, Mediolanum.

DE CONIVNCTIONE.

CONIVNCTIO, Eſt parſorationis indeclinabilis, annectens ordinansq; ſententiam. Coniunctio dr, quia parteſorationis coniungit, ut Dū uires annisq; ſinunt tolerate labores, Iam ueniet tacito

cito curua senecta pede. Ouid. de art. Cum bibitur Concha tunc iam uertigine tectum. Ambulat & gemis, exurgat mensa lucernis. Iuuena. saty. sexta.

ACCIDENTIA Coniunctionis.

Coniunctioni accidunt tria, Potestas, Figura & Ordo.

POTESTAS.

Potestates coniunctionũ secundum Donat. sunt quinq;. s. Copulatiua, Disiunctiua, Causalis, Rationalis, Completiua seu expletiua. Speciei seu Potestatis Copulatiuę coniunctio dicitur: quia copulat tam sensum quàm uerba, ut Et, etq;, at, atq;. ac, ast, q;, quoq;, quidem, sed, autem, uero, & cæterę.

Potestatis Disiunctiuæ coniunctio est, quæ quamuis dictiones coniungit, sensum tamen disiungit, & alterã partem ueram esse, & alteram non esse significat, ut Aut est dies aut nox Exempla: Aut, ue, uel, seu, siue, an, nec, neq;.

Speciei seu Potestatis Causalis dicit̃, quia oñdit consequens esse ex añcedente causatũ, ut Si, etsi, etiamsi, siquidem, qñ, quando quidem, quin, quinetiam, quatinus, sin, nam, nanq;, ni, nisi, ne sed, interea, q̃obrem, præsertim. item, itemq;, cæterq;, alioqui, ut Homo si currit mouetur. Doctus es, nam legisti doctos.

Potestatis Rationalis, seu Collectiuę, seu Illatiuę, quia colligit cum ratione, uel infertur alijs præpositis, ut Ita, itaq;, enim, etenim, enimuero, quia, qua, propter, quoniam, quoniamquidem, quippe, nempe, ergo, ideo, igitur, iccirco, scilicet, uidelicet propterea, ut Non discis, ergo non doctus efficieris.

Aduerte hic, q̃ quatinus p̃ i scriptũ, est cõiunctio, ualet qm̃ uel quia. Quatenus v̄o per e, aduerbiũ est loci uel tpis, teste Capro grãmatico, ideo nõ siguificat, quẽadmodũ indocti credũt.

Speciei seu Potestatis Expletiuæ uel Cõpletiuæ dicitur coniunctio, quia causa ornatus uel metri tm̃, nulla necessitatis causa ponitur, ut si dicã: Cũ non potes mihi dare aureũ nummum, da saltem argenteum. Et sunt hæ, Quidem, equidẽ, saltem, uidelicet, q̃, q̃uis, quoq;, autem, porro, licet, tamen, ueruntamen.

Sunt

DE CONIVNCTIONE.

Sunt quidã habentes plures alias poteſtates ſeu ſpecies coniunctionis, uidelicet Approbatiuam, ut Equidem, quidẽ, quia approbant & affirmant rem. Aduerſatiuam, ut Si bene facturum te dicis, tamen à malitia non diſcedis. Et ſunt illæ: Tamen attamen, quamuis, etſi, licet. Electiuam, ut Q̃ malo eſſe diues q̃ pauper. Dubitatiuam, ut An, ne: Eloquor an ſileam. Diminutiuam, ut At, ſaltem, uel, aut.

FIGVRA.

Coniunctio, aut eſt figurę ſimplicis, ut At, tamen. Aut compoſitæ, ut Atq̃, attamen.

ORDO.

Tres ſunt ordines coniunctionum.

Prępoſitiui, quia ſemper pręponitur ordine in oratione, ut ſunt hæ: At, ac, aſt, uel, aut, nec, neq̃, ſi, quatinus, quin, ſin, ſeu, ſiue, ni, ſed.

Subiunctiui, quia ſemper ſubiungitur in ordine oratiõis, quales ſunt iſtæ: Que, ſine diphthongo, ne, ue, enim, quidem, quoq̃, autem, uero. Ex his, tres ſunt encleticæ, hoc eſt, inclinatiuæ, eo q̃ inclinant accentum p̃cedentis ſyllabæ ad ſe. Vnde Hora. Ludere qui neſcit campeſtribus abſtinet armis. Indoctusq̃ pilæ diſcive trochive quieſcat. Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ. Hæ tres ſunt, q̃, ne, ve.

Coniunctio, uel eſt Ordis

Communis, quia poteſt præponi & ſupponi in ordine orationis, ut ſunt cæterę ferè omnes.

DE PRAEPOSITIONE.

PRAEPOSITIO, Eſt parſorationis indeclinabilis, quæ præponitur aliįs partibus orationis, uel appoſitione, ut In templo. Vel compoſitione, ut Impius. Præpoſita compoſitione, ſignificationes aliarꝫ partium aut complet, ut facio, perficio: ſe

ficio:fero,perfero.Aut mutat,ut doctus,indoctus.Aut minuit,ut rideo subrideo,tristis subtristis.Per appositionem pręponi intellige.i.per regimen casus,ut in manu.Per compositionẽ uero p̃poni intelligitur,qñ componitur,ut perbibo.Et sunt sex p̃positiones q̃ semp per compositionem præponũtur.Ideo eas Donatus inseparabiles uocauit:Sci,am,con,di,dis,re,se.Am, id est,circum,ut ambustus,id est,circũbustus,amplector,&c. Sed apud,erga,iuxta,secundum,penes,nunc̃ componuntur.

ACCIDENS.

Præpositioni accidit casus non ꝙ alicuius casus sit,sed quia aut cũ accusatiuo,aut ablatiuo,aut cum utroc̃ præpositio appositione præposita construitur.

PRAEPOSITIO Cum Accusatiuo.

Cum Accusatiuo xxxi. præpositiones communiter construunt:Ad,apud,ante,aduersum uel aduersus,cis,citra,circũ. circa,contra,erga,extra,inter,intra,infra,iuxta,ob,pone,per, prope,propter,secundum,post,trans,ultra,præter,supra,circiter,usc̃,secus,penes,uersus.

DA EXEMPLA De singulis præpositionibus. AD.

Allunguem,ad aumssim,ad perpẽdiculum.Nihil est quod adse rem ullam tam alliciat &tam attrahat,quãm ad amicitiam similitudo,inquit Cicero de amicitia.

APVD.

Apud deum non est personarũ acceptio.Et bene apud me mores ueteris stat gratia facti.Virg.4.Aeneid.

ANTE.

Ante uictoriam laudes canis.Posces ante diem librum cũ lumine:si non intẽdis animum studijs &rebus honestis.Inuidia uel amore uigil torquebere.Hora.in epist.Philel.2.saty.Sit deus ante oculos semper qui præsit agendis.

ADVERSVM.

Aduersum uel aduersus naturam pugnare noli,id ẽ,contra

Aliquando notat apud uel erga. Teren. in Andria. Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.

CIS.

Cis Rhenum multi tui similes mendici ad stipem manum porrigunt. Cis frequenter nominibus propriis fluminum uel montium præponi solet, & componi potest, ut Cis Alpina gallia. Cæteris uero citra præponitur.

CITRA.

Hora. in sermo. Est modus in rebus sunt certi denique fines. Quos ultra citraq; nequit cõsistere rectum. Citra hoc loco notat sine, sic alibi, ut Citra dignitatem tuam, id est, sine dignitate tua. Sene. Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem.

CIRCVM.

Circum muros cursitant hostes. Circum ad locum refertur. Circa ad tempus. Circiter uero ad numerũ refertur. Ita docuit Caper. Non ubiq; tamen hæc differentia est seruata. Nam circiter & ad numerum & ad tempus locumq; refertur.

CIRCA.

Circa tres annos ægi Vienne anteq; philosophiæ recepi insignia. Notat etiam quandoq; locum.

CONTRA.

Tibullus lib. primo. Contra quis ferat arma deos. Ad Roma. xij. Si deus pro nobis, quis contra nos?

ERGA.

Erga parentes pius esto, erga liberos benignus, & erga familiam grauis & maturus. Sit quoq; amor tuus erga præceptores non uulgaris nec mediocris.

EXTRA.

Extra aleam, extra noxam, extra propositum egisti tuum.

INTER.

Hora. in serm. Oibus hoc uitiũ est cantoribus inter amicos. Vt nunq; inducant animũ cantare rogati. Iniussi nunquã desistunt. Idem in epist. Inter cuncta leges percontabere doctos.

Intra

INTRA.

Intra oppidum consilium, extra illud uero arma prosunt, id est, in oppido.

INFRA.

Infra tectū perna suspenditᵉ. Infra tectū & in umbra oīs labor est facilis

IVXTA.

Iusta cū s, nō x scribere iubet Cornucopiæ, & notat prope, mō simul, mō apud. Plau. Iusta te sum, tu me tuearis oportet.

OB.

Ob inscitiam multi repelluntur â sacro ordine. Cice. Ob eā etiā causam eloqui copiose modo prudenter melius est quàm uel acutissime sine eloquentia cogitare. In Officijs.

PONE.

Pone. i. prope, Pone tribunal sedent notarij, & assessores iudicis, qui fideliter acta coram iudice audiant & memorentur.

PER.

Ferte per extremas gentes & ferte per undas. Qua non ulla meum fœmina norit iter. Propertius.

PROPE.

Prope mortē sunt senes. Prope ignē arida quęq; facile incēduntur.

PROPTER.

Propter uirtutem & probitatem eos etiam quos nunq; uidimus quodammodo diligimus. Cice. de Amici.

SECVNDVM.

Omnia fere q̄ secundū naturā fiunt, sunt hñda in bonis. Cicero de Sene.

POST.

Tibul. Venit post multos una serena dies. Bapt. Mant. ægl. 2. Sed post iacturam quis non sapit? utile non est, Consilium post facta dari quod oportuit ante. Idem Aeglo. 9. Fluit melius post pocula sermo. Nam consulta nihil post factum sana ualebunt. Philel. in Saty.

TRANS.

Cœlum non aīm mutant qui trans mare currūt. Hor. ī epi.

VLTRA.

Vltra famam, id est, opinionem, Vltra uires facere potest nemo. Nunquam potest componi hæc præpositio.

PRAETER.

Præter spem. i. insperato. Pręter opinionem. i. ex inopinato. Aliqñ notat contra. Teren. Præter ciuium morem atq; legem.

SVPRA.

Supra caput: supra modum, id est, ualde. Qñ spacium interijcitur supra utimur, ut Nubes sunt supra nos. Auis uolitat supra nos, & non super. Sed super utimur qñ non est spacium intermedium, ut Super scamnum sedes, & non supra. Hęc Lau. Vall. Id tamen non usq; quaq; seruatum esse probat Calepin.

CIRCITER.

Circiter kalendas Mai omnia florescunt. Circiter Decembrem frondes flores ac herbæ marcescunt.

VSQVE.

Vsq; cum iungit̃ proprijs noĩbus locoꝝ uel domus, rus, militia, simplicẽ actm̃ reqrit, ut Vsq; rus propero, usq; domũ ibo. Cũ alijs uero noĩbus iungimus ad uel in, ut Vsq; in Hispaniã. Vsq; ad templũ. Quanq̃; & in prędictis aliqñ ad uel in addit̃.

SECVS.

Secus decursus aquarum serũtur salices. Secus uiam lassus quandoq; residet uiator.

PENES.

Penes. i. apud. Sed usurpatur frequentius in his, quę ad dñm spectant, laudem uel uituperium, commodum uel incommodum. Varro: Sed seruoꝝ cura penes dominos sit. Liui. Vt penes eiusdem pericula belli, penes quos præmia essent.

VERSVS.

Versus sępissime postponitur. Plau. Ego portũ uersus pergam & perquirã, quẽ si nõ inuenero, domum uersus reuertar.

PEAEPOSITIONES CVM Ablatiuo.

Cum abla

Cum ablto construunt xv. præpositiones sequentes: A, ab abs, cum, coram, clam, de, e, ex, pro, præ, palã, sine, absq, tenus.

Exempla de A.

Catullus: Quid datur à diuis fœlici optatius hora.
Ouidius in Meta. Non hospes ab hospite tutus.
Non socer à genero, fratrum quoq gratia rara est.

A B.

Iuuenal saty. 6. Pone seram cohibe, sed quis custodiet ipsos custodes. Cauta est, & ab illis incipit uxor. Tibull. Vos quoq abesse, pcul iubeo discedite ab aris. Cui tulit hesterna gaudia nocte. Venus. Ab re. i. præter rem, præter rationem.

A B S.

Abs quiuis homine beneficium cum opus est gaudeas accipere. Terent. in Adelph.

C V M.

Cicero de Senect. Pares cum paribus facile congregantur. Idem de Amic. Quid dulcius quàm habere eum cum quo oĩa audeas sic loqui ut tecum. Idem: Nihil enim turpius quàm cũ eo bellum gerere, cum quo familiariter uixeris. Non minus ardent, qui cum multis ardent. 2. quest. cap. Multi.

C O R A M.

Iuuena. saty. x. Cantabit uacuus coram latrone uiator: Ploorabit uacuus corã caupone uiator. Hiero. Ricij dictũ, Coram, magis ad personas certas, palam ad omnes refertur.

C L A M.

Clam pastoribus oues lupi surripientes deuorant. Clam patentibus ludunt liberi.

D E.

Propertius: Nauita de uentis, de tauris narrat arator,
Enumerat miles uulnera, pastor oues.
Horat. in epist. Singula de nobis anni prædantur euntes,
Eripuere iocos Venerem conuiuia ludum.

E.

Virgil. Gratior est pulchro ueniens è corpore uirtus.

EX.

Bacche bibat doctus tua munera, rusticus undam. Discat & ex querna pellere glande famem. Hora. Nihil est ex omni parte beatum. Loqui ex tempore, id est, sine præmeditatione. Ex composito, id est, data opera.

PRO.

Teren. in Andr. Pro peccato magno paululum supplicij satis est patri.

PRAE.

Præ amore nescit hō quid faciat. Præ me fero. Præ te fers.

PALAM.

Palam omnibus loqui & non mutescere, est res nō modica.

ABSQVE.

Absq; pecunia uersari cū hoibus, est res difficillima. Absq; metu mare nauigare & tonitrua audire, audacis est hois, non fortis.

SINE.

Ouid. de ar. Et nihil emineant & sint sine sordibus ungues. Teren. in Eunuch. Sine Cerere & Baccho friget Venus. Hora. saty. 4. Simul ac durauerit ætas. Membra animumq; tuum nabis sine cortice. Nil sine causa. Sine riuali diligere.

TENVS.

Tenus, in singulari frequenter abltō postponitur, ut Hac tenus, Ea tenus, Qua tenus. Aut melius hæ dictiones, unam constituunt partē orationis. Sunt enim aduerbia aut loci, aut temporis. Tenus aliqñ accusatiuo iungitur. Flaccus in argonau. Et tanaim tenus immenso descēdit ab euro. In plurali frequenter iungitur genitiuo. Virgil. Crurum tenus à mento palearia pendent. Et cumarum tenus, id est, usq; ad cumas. Curtius. Pauci hostium tenus. Cum ablatiuo. Horat. in epist.

Est quodam prodire tenus si non datur ultra.

PEAEPOSITIONES CVM Accusatiuo & Ablatiuo.

Cum accusatiuo & ablatiuo cōstruuntur hæ quattuor præpositio-

positiones: In, sub, super, & subter, uel subtus. Qñ significat motum, seruiunt accusatiuo. Quando uero significãt in loco, seruiunt ablatiuo, ut Ire in templum, Ire in templo.

IN.

In, cum actõ, ut In os inserere siue præmandere. Bapt. Mantua, in æglo. Sit licet in natos facies austera parentum. Aequa tamen semper mens est & amica uoluntas. In, cum ablatiuo. Hora. Fœnum habet in cornu. Terenti. Nodum in scirpo queris. Idem: Lupus est in fabula. Propertius. Durius in terra nihil est quod uiuat amante. Statius. Maior in exiguo regnabat corpore uirtus. Varias huius præpositionis significationes quære apud Calepinum.

SVB.

Sub, qñ denotat tempus, iungitur actõ, ut Sub lucem. Item quando ad locũ denotat. Sed qñ in loco notat cum ablto construitur. Hora. Quicquid sub terra est in apricum proferet ætas.

SVPER.

Super, in significatione contrariatur subter. Supra uero infra Supra tñ accusatiuo tm iungitur. At super modo accusatiuo, modo & ablatiuo, ut Sedeo super lapidem. Virgil. Fronde super uiridi, sunt nobis mitia poma. De harum trium præpositionum significatione, uide Calepinum.

SVBTER.

Subter, præpositio est, cuius relatiuum est super, ut Hic mirifice natat duratq; subter aqua. Et tam accusatiuo quã ablatiuo iungitur. Nec hoc prætereundum est, q̃ præpositiones sine casibus suis in oratione positis, nisi cõposite fuerint, uim aduerbij recipiunt. Hoc enim accidit communiter his undecim ppositionibus. Ante, contra, iuxta, pone, prope, post, ultra, cum coram, clam, palam. Nec hoc quidem mirandum est, quando aduerbijs etiam quibusdã licet uim prępositionibus assumere, ut Pridie Kalẽdas, Pridie nonas. Item, Procul inter ppositiões poni. Lancilo. hisce ostendit exemplis. Cornel. Tac. Iam uentũ

procul mari quod hyberniam insulam spectat. Curtius uetusta arbor haud procul muro ramos multa fronde uetustos uelut de industria regem regentes obiecerat.

EXEMPLA Huius Regulæ.

Ante, Virg. Ante leues ergo pascentur in æthere cerui. Cõtra aduerbium, significat è regione siue ex opposito, ut Stat cõtra stariq; iubet. Plaut. in Amphy. Hostes crebri cadũt nostri contra ingruunt. Iuxta aduerbium, significat ęque similiter eodem modo. Plaut. Iuxta mecum rem tenes. i. æque mecum. Salusti. in Iugurt. Hyemem atq; æstatem iuxta pati. Pone, Virgi. Pone subit coniunx ferimur per opaca locoꝝ. Prope, aduerbium ultima acuta, significat fere ul' quasi. Teren. Prope adest. Post, .i. postea. Virgili. Post mihi non simili pœna commissa luetis. Idem lib. sexto: Ille admirans uenerabile donum. Fatalis uirgę longo post tempore uisum. Vltra, assidue lego nihil ultra faciens. Cum significat quando, ut Cum didiceris, doctus efficieris. Coram, ut Coram præsensq; tecum locutus sum. Clam, Clam feci nihil. Palam, Teren. in Eunucho: Si fictum aut falsum connuo palam, id est, manifestum.

DE INTERIECTIONE.

INTERIECTIO, Est parsorationis indeclinabilis, significans mẽtis affectum uoce incognita. Id est, interiectio est parsorationis indeclinabilis, interiecta alijs partibusorationis, ad exprimendos animi affectus, puta gaudium, timorem, aut huiusmodi. Et dicitur Interiectio, quia interijcitur alijs partibus in oratione sine regula.

Interiectioni accidit Significatio. Sunt igitur interiectiones Significationis.

Dolentis, ut Heu, he, o, ah, hei, uæ.
Aut Gaudentis, ut Euax, hui.
Timentis, ut Attat, phi, ha, hahe.

Irascen-

Irascentis,ut Proh.
Vitantis,ut Apage. Admirantis,ut Pape.
Aut Ridentis,ut Aha,ehe,ahu, aho.
Exclamantis,ut Proh,uah.
Laudantis,ut Euge. Indignantis, ut Hem.

LIBER TERTIVS DE SYNTAXI, SEV Constructione quattuor declinabilium partium.

ALBERTO HENRICHMANNO

Magistratui & Præfecto in Ochsenhausen, patri suo amantissimo, Iacobus Henrich. filius. S. D. P.

Dilectissime pater, studui semper oīmibus in rebus morem tibi gerere, & nihil præter consilium tuum agere, studeboq; q̄diu spirauero. Quare etiam hoc tpe nolui, ut libellus is meus, in conspectum iret publicū, nisi prius à te probatus fuerit, & ad amussim politus. Tu igitur lucubrationis meę hūc tertium librum in manus accipias, legasq; cū permaxima negocia tua tibi licuerit. Et si quid erratū aut minus bene scriptum inueneris, cancelles & obliteres, ut defecatus eleuata fronte libere doctos adire, & indoctos contemnere queat. Atq; ut iuuentuti scholasticę (cuius gratia librū hunc scripsi) prodesse possit. Nam nihil est, q̄d magis unq; desyderarim, quàm fidus præceptor, & iuuenum doctor iudicari. Idipsum non dubito, hoc uigilanti labore meo me consecuturū apud integerrimos q̄sq; iudices, licebit saltem uidere, & id quidem perspicue me maximo opere cupijsse iuuentutem bene imbuere: sit itaq; mihi satis, me bene uoluisse, & pro ingenij mei uigore rem perfecisse. Si cui studium nostrū nauseam generat, sine latratu & liuore abeat: remq; à nobis neglectā aut non bene compilatam ipse

melius faciat & componat, & ita quidē ut omnibus placeat, & eum admirabimur. Quod si melius facere non sperauerit, desinat nos mordere. Tu aūt amantiſſ. pater, pīno fungere officio, & ego obſequentiſſimi filij munus pro uiriliſp exequar & implebo. Vale una cum dilectiſſima matre mea ac fratribus & tota domo, Ex Tubinga ix. kalen. Apriles. Anno ſexto ſupra Milleſimum & quingenteſimum.

TETRASTICHON IACO. HENRI. ad patrem ſuum dilectiſſ. Albertum Henrichm.

Det deus oro tibi pater ò chariſſime ſemper.
Munera fortunæ, corporis atq; bona
Det dotes animi & poſt fatum cœlica regna
Quattuor hæc præſtet omnibus atq; tuis.

¶ De oīonis conſtructione dicturus, hoc procedam ordine. Primum quidē de noīm conſtructione regulas ponā. Secūdo de pronoīm. Tertio de uerborū cōſtructione, & ſic de inceps ſecundū partiūoīonis ſeriē de ſyntaxi diſputabo.

DE CONSTRVCTIONE Nominis.

¶ Primo nunc loco de adiectiui noīs conſtructione docebo. Secundo uero loco, de conſtructione ſubſtantiui nominis.

DE CONSTRVCTI. Adiectiui.

Prima Regula.

Adiectiuum cum Subſtantiuo adiuncto, eiuſdem generis, numeri, & caſus eſſe debebit.

EXEMPLA.

Acutus philoſophus, Modeſtus ſcholaſticus, Cingula puella, Priuata ſchola, Triuialis ſchola. Adultum pulmentum. Adulterina moneta, id eſt, falſa, Probus nummus, i. bonus, Strenui equi non ſunt opere defatigandi. Infatuatus homo. Wobeſedly/ Ein beſeßner menſch. Eccleſiaſticus hō. Eccleſiaſticus ordo, Eccleſiaſtica bona, melius q̄ ſpiritualia, Calamiſtrati crines, Kaderzawy wlaſy/ Krauſshar. Lichnus penſilis, Lampa/ Ampel. Inſignis meretrix, Znamenita hurua/ ein ern hur

Ruſti

Rustica gens nulla genus arte domabile semper,
Irrequietum animal. Bapt. Mantu. æglo. 2.
Intolerabilius nihil est quàm fœmina diues. Iuuena. saty. 6.
Hora. in sermo Ieiunus raro stomachus uulgaria temnit.
Ouidius: Sed immedicabile uulnus.
Ense recidendum, ne pars syncera trahatur.

Lucan. lib. x.

Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequuntur
Venalesq; manus ibi fas ubi maxima merces.

Cice. lib. primo Offic.

Cauendum etiam, ne maior pœna quàm culpa sit.
Bapt Mant. æglo. x. Iudicium reddit uerum enarratio uera.

Dentur etiam exẽpla alia in ceteris casibus & in utroq; numero. Sed quid ad has & consimiles oẽones dices. Virg. Varium & mutabile semper fœmina. Idem 4. Aene. Fama malum quo non aliud uelocius ullum. Mobilitate uiget uiresq; acquirit eundo. Respondeas, substantiuum illorum adiectiuoꝝ esse ens. Sensus est enim. Varium & mutabile ens est fœmina. Et malum ens est fama. Idem: Triste lupus stabulis. Intellige animal triste lupus. 3. Aegloga.

SECVNDA REG.

Adiectiuum quod uocatur partitiuum, iungitur cum substantiuo plurali, genitiui casus, in eodem gñe tantum, ut Vnus fratrum, Vna sororum. Quoddam brutorum animalium, aliud ratione utitur, aliud ipsa penitus caret. Verum dicit regula, Nisi adiectiuo iungatur genitiuus collectiui nominis. Nam tunc diuersorum generum esse possunt, ut Vnus plebis, morbo caduco correptus interijt.

Genitiuus quoq; collectiuus, semper singularis existat. Itẽ: Adiectiuũ diuersi generis esse potest cum gtõ, si cõueniat cum substantiuo alio sibi adiũcto in numero, genere, & casu, ut Homo est dignissimus uita omnium creaturarum. In hac autem oratione una sabbatorum, intellige una die sabbatorum.

Adie-

Adiectiuum uocatur partitiuum, cum ipsi adiũcturus esses præpositionem ex uel inter cum suo casu, ut Nullus clericoꝝ profanis negocijs se immisceat. Id est, Nullus ex clericis. Primus eorum, id est, primus inter eos. Nemo discipulorum non studeat præceptorẽ honorare, id est, nemo ex discipulis. Neutra manuum digitis caret.

Illud item hic aduerte, non dicendum esse, unus uestrorum, uel nullus uestrorum. Sed unꝰ nostrum, nullus uestrum Nam uestrorum nostrorum mera sunt adiectiua, quæ coniunctionẽ requirunt substantiui, ut Vnus nostrorum seruorum, ita congruenter dici potest, ut claret ex harum orationũ expositione.

Nostroꝝ nostris, Geden znassich/ Einer
Vnus .i. unus ex von den vnsern.
Nostrum nobis, Geden znas/ Einer auss
Vestrorum, Vestris. (vns.
Nullus id est, nullus ex
Vestrum, Vobis.

TERTIA REG.

Quoties duo nomina substãtiua aut plura, rerum inanimatarum & diuersoꝝ gñm, uel etiam eiusdem iunguntur adiectiuo, aut demonstratiuo, aut relatiuo pluralis numeri: tale adiec. demonst. & rela in neutro ponatur gñe, ad significandam proprietatem, aut actũ indifferenter illis substãtiuis conuenire, ut Stramen & ignis coniuncta facile aduruntur. Virg. ægl. 3.
Arcum fregisti, Et calamos, quæ tu peruersæ Menalca.
Et cũ uidisti puero donata dolebas, Mors & uita in manu dei posita sunt. Panis & uinũ sunt optima, & esurienti nõ ingrata.

QVARTA REG.

Adiectiuũ pluralis numeri, autoritate & priuilegio sacri eloquij Oratorum & Poẽtarum, quandoq; iungitur substantiuo collectiuo singularis numeri & alterius generis, ut:
Turba q̃ non nouit legem dñi maledicti sunt. Virgil.
Pars hominũ ualidi turres & mœnia scandunt, Idem:

Pars ui-

Pars uisuri Aeneadas. Mācinel. hic figurā synthesim esse dicit.

QVINTA REG.

Adiectiuum uerum existens prædicatum, non hns substantiuum expresse sibi iunctum, eiusdem generis, casus, & numeri esse debebit cum substantiuo subiecto, nisi adiectiuum fuerit superlatiuum regens gtm̄. Et nisi subiectum substantiuū fuerit utūs. Nam tunc adiectiuum non in utō, sed in ntō ponatur.

Exempla regulæ: Omnis amator est morosus, Senes sunt difficiles, Puellæ sunt lasciuæ, Vinum nostr̄ est plenum, Sylny/Starck. Exempla exceptionis: Leo est fortissima bestiarum, Petre sis diligens, Fili sis probus.

SEXTA REG.

Adiectiuum participiale positū inter duo substantiua diuersorum gn̄m, cōuenit cum eo q̄d uerbum á parte antecedenti regit, ut Verbum factū est caro, Homo factus est cadauer, Masculus uisus est puella. Legitur tamen in euangelio, Aqua est uinum factum. Credo ego codicem esse mendosum.

SEPTIMA REG.

Adiectiuum nominale, pronominale, uel participiale, pluralis numeri respiciens substantiua singularia diuersorum generum rerum animatarum, debet conuenire in genere cum substantiuo digniori per conceptionem generum. Est autem masculinū genus dignius fœminino & neutro. Fœmininum aūt dignius est neutro. Est præterea syllepsis seu conceptio generr̄ coniunctio duorum pluriumve substantiuorum, diuersorr̄ generum, interueniente coniunctione copulatiua ad adiectiuum pluralis numeri, conueniens in genere cum dictione concipiente. Dignius autem semper reliquum concipit. Exempla:

Optime de liberis pater & mater meriti sunt.
Fratrē & sororē charissimos non secus ac teipm̄ diligo.
Maritus & uxor casti, pudicos generabunt liberos.
Filius & filia mortui sunt, eodemq̄ defuncti die.
Ancilla & iumentum in flumine submersæ sunt.

Serua

Serua & stolidum animal æque pigræ sunt ac praue.
Et uir & mulier in Aethiopia nigri sunt.
Adam & Eua primi parentes nostri transgressi sunt legem Dei.

Illud itẽ notandũ est, ꝙ duo noia singularia copulatiue coniuncta, regrunt suppositũ seu nomen plurale, ut in dictis exẽpl.

OCTAVA REG.

Adiectiuum plurale respiciens nominatiuum cum ablatiuo præpositione cum intercedente, confirmabit se cum nominatiuo in casu per cõceptionem casuum, ut Tu cum fratre diligentes discitis, Iudæus cum uxore conuersi ad fidem.

NONA REG.

Substantiuum pluralis numeri iũctum uerbo licet, cõgruetñ indeterminate & imperfecte, congruenter põt deinde specialim determinari per adiectm̃ seu adiectiua singularis numeri in prolepsi. Et ẽcontra. Substantiua singularia specialim determinare possunt adiectiuum pluralis numeri. Est autem prolepsis congrua præacceptio alicuius constructionis suppositorialis pluralis numeri, cuius constructionis suppositа seu partes per adiectiua postea subiunguntur in singulari.

EXEMPLA.

Magistri disputant, doctus bñ, ignarus male. Discipuli mei studẽt, unus literis, alius rei uenereæ. Facinorosi plectuntur, fur cruce, homicida gladio. Proditores torquentur, hic per carnificem, ille per lictorem. Meretrices iuuenes alliciunt, una uerbis, alia pulchritudine, reliqua cęteris illecebris. Discipuli retrahuntur à literis, ille per crapulã, alius per Venerẽ, tertius p aleã quartus per desidiam, quidam uero per prauoꝝ familiaritatẽ.

DECIMA REG.

Substantiuum quandoq; sub disconuenientia generis uel alterius accidentis, iungitur adiectiuo prȩcedentis orationis cõgrue in zeugmate. Zeugma, est constructio suppositorialis uel adiectiualis congrua, cui postea mediante coniungente fit subiun-

subiunctio alterius suppositi uel substantiui discõuenientis cũ pcedentis orationis uerbo uel adiectiuo in aliquo accidẽte, ut:

Hospites ebrij sunt & caupo.
Vxores dominæ sunt atq; magistræ, & non mariti.

Exẽpla: Mater honesta est & liberi.
Filius sepultus est & mater.
Præceptor est doctus, sed auditores non.
Vos erratis pigri & ego.

DE REGIMINE ADIECTIVOR.

Prima regula generalis.

Quemcunq; casum regit nominatiuus, eundem omnes casus ab eo deriuantes regere possunt. Hæc quidem regula, non modo de adiectiuorum nominum regimine, uerum & de substantiuorum regimine intelligi potest & debet.

EXEMPLA De Adiectiuis.

Abundans lactis est uacca quæ bene pascitur, Vaccæ abundanti lactis, non subtrahas pabulum, Vaccam abundantem lactis noli uendere, De abundante lactis pecude suscipies puerorum alimentam, Animalia lactis abundantia non sunt rusticis incommoda, Mulierum lactis abundantium ubera tenellos lactant infantes.

Excellentis uiri filius raro excellens efficitur.
Honesti uiri filij officium est, non degenerare.

Exempla de substãtiuis: Parci uiri filio intpanti, quis inimicus non existit.
Filium uiri iusti decet, non esse iniustum.
O filij grauissimorum uirorum oro, imitamini paternos mores. Similia exempla in cæteris casibus & utroq; numero effingere studebis.

Nec uolo mireris in his meis exemplis, quòd dictionem rectam ut dicitur regente anteposuerim, cum tamen uiri & lactis obliqui à parte posteriori seu à tergo (ut melius loquar) regantur à uocabulis filius & abundans. Nam id elegantiæ causſa feci,

feci, faciamq; frequenter. Est enim elegantiæ præceptum.

Ornate obliquus præponitur suo regenti, ut Hominis uita breuis est & multis uarijsq; miserijs repleta.

SECVNDA REG. Generalis.

Quemcunq; casum regit positiuus, eundem & comparatiuus & superlatiuus regunt, ut Scholasticus sit amans uerecundiæ, literarum amantior, at amantissimus uirtutis semper existat. Doli plena est meretrix, fraudis plenior, & omnis nequitiæ plenissima. Amator impatiens est more, impatientior correctionis, sed consortis seu riualis omnium impatientissimus. Fallit hæc regula in comparatiuis & superlatiuis, quæ descendunt ab alijs partibus, quàm à nomine: quanq; enim citra mõtem congrue dicamus, non tamen citerior montẽ, nec citimus montem. Sed ut Lancilo. disputat, non ab alijs partibus nomina comparatiua, nec nomina superlatiua descendunt quàm à nomine. Propius urbem tamen dixit Cicero.

PRIMA REG. SPECIALIS

De adiectiuis regentibus genitiuum.

Adiectiua significantia seu importantia quantitatem. Interrogatiua item admiratiua & demonstratiua. Negatiua & diuersitatem importantia, iuncta substãtiuis in simili genere, numero, & casu, pulchre & eleganter ipsa adiectiua in neutro, pro lata genere, illa sua substãtiua regunt in genitiuo posita. Nam cum multam uirtutem dicturus sum, si multũ uirtutis eius orationis loco posuero, multo protulerim uenustius. Multum pecuniæ enim significat, multam pecuniam. Plurimum uirium, uires plurimas. Quid rei, id est, quæ res.

Exempla Regulæ.

Plus uini. Hora. in epi. Si tacitus pasci si posset coruus haberet. Plus dapis & rixæ multo minus inuidiq;. Multum pecuniæ perdere, & parum scientiæ sibi comparare, summũ est dedecus. Paululum carnis comedimus. Modicũ uini ingenio cõfert, Pauxillum aquæ bibunt cellarij, Aliquid literarum ad me

des oro

des oro. Quicquid beneficij in te collatũ fuerit, meminisse debes. Totum culpæ in me transtulit. Iuuenalis: Quantũ quisq; sua nummorum seruat in arca, Tantum habet & fidei. Quot capitum uiuunt totidem studiorũ milia. Hora. in ser. Quid hominis es. Quid noui affers. Quid mali. Hoc laboris lubens suscepi. Illud negocij de quo ante scripseram, prope diem perficias. Illud mali quis dedit. Nihil prudentię habent amatores. Nil uini tibi relictum est. Aliud sententię nunc mihi narras q̃ heri. Reliquum nr̃ę confabulationis in aliud tẽpus reseruemus. Residuum exemplorũ dabit frequẽs poëtarũ oratorumq; lectio.

Aduerbia quoq; nonnulla uim eandem retinent, præsertim duo hæc parum & satis. Nam parum sapientiæ, est parua sapientia. Satis uirium, id est, sufficientes uires.

Aduertendum quoq; est circa hanc regulã. Si genitiuus singularis numeri fuerit, totam item orationem singulariter exponere debemus. Si ṽo pluralis extiterit genitiuus: pluraliter, ut Multum pecuniæ significat, multam pecuniam in singulari numero. At multum pecuniarum, significat multas pecunias plurali numero: similisq; est aliorum ratio.

SECVNDA REG.

Adiectiua plenitudinem, abundantiã aut culpam significantia, & his similia uel opposita, post se genitiuũ regere possunt.

¶ Exempla Regulæ.

Venter cibi uinię plenus, facile de ieiunijs disputat. Plenus rimarum sum hac atq; illac perfluo. Teren. Q̃ diues pecoris niuei quàm lactis abundans. Virg. 2. æglo. Reus homicidij obtruncari debet. Sontes scelerum expedit punire. Omnium rerum satur nemo unquam fuit. Copiosum elegantissimorũ uerborum oportet esse poëtam. Auri argentiq; locupletissimus fuit Salomon. Melius est peccãtem absoluere, quàm peccati insontem condemnare. Fatuus est, qui se nullius hominis egentem existimat. Afflictus & mœstus est inops consilij. Sum expers huius criminis. Integer uitæ scelerisq; purus. Non eget

mauri iaculis nec arcu. Horatius in carminibus.

TERTIA REG.

Verbalia in or,trix,uel tiuus,uel siuus,&c. Participia quoq; deriuata â uerbis,actionem notantibus. Item,alia adiectiua cũ his significando conuenientia,post se gtm regere possunt.

EXEMPLA Regulæ.

De uerbalibus in or & in trix:

Amatores uirtutum estote.
Sis cultor sapientiæ.
Medicus non est curator omnium morboꝝ.
Deipara uirgo Maria, opitulatrix miserorũ existit. Cice. in Tuscu. questionibus: O philosophia uirtutis indagatrix, expultrix uitiorum, tu inuentrix legum,& c.
Nutrix uitiorum est crapula.
Vinum est incensiuum libidinis.
Ieiunium est sanatiuum multoꝝ morborũ.

De participijs.

Literarum diligentes estote.
Non sis tuijpsius negligens.
Decet iudicem esse obseruantem iusticiæ.
Amans tui.

De illis quæ significando conueniunt cum p̃dictis.

Odi pecuniæ auaros. Mearum rerum dubius sum. Omnis homo incertus est mortis suæ. Tu es parcus pecuniæ. Memor mei. Consului peritos iuris. Hic callidus est rerum humanarũ. Omnis homo est cupidus laudis. Adolescẽtes suarum rerum prodigi sunt, quia alieno labore partæ. Ouid. Tempus edax rerum, tuq; inuidiosa uetustas, omnia cõsumitis. Luca. lib. 1. Nulla fides regni sociis omnisq; potestas. Impatiens consortis erit. Virgilius: Nescia mens hominum fati fortisq; futuræ. Saucius uulneris. Conscius sceleris. Aeger morbi. Falsus animi. Certior huius rei. Compos mentis.

DE VERBALIBVS.

Et quoniam de uerbalibus mẽtionem fecimus, quædam de ipsis

ipsis subiungemus. Primo quidem, quid sit uerbale, deinde quottuplicia. Verbale nomẽ est, quod certa forma à uerbo deriuatur, aperta uerbi significatione. Quæ enim non apertã uerbi significationem retinent & directam, etymologa sunt, non uerbalia, inquit Lancilot. Verbale nanq; ut Idem uult, conuertibiliter (ut dialectici loquuntur) cum uerbo se debet habere, ut Amator, id est, qui amat. Hæc significatio immutabilis est ab hac uoce. Omnis em̃ amator amat, & omnis qui amat amator existit. At si dicam prætor, quia præit. Etymologum est, quia non omnis qui præit, prætor est. Ita quoq; rex etymologum est uerbi rego, non uerbale. Non enim omnis qui regit, rex uocandus est. Doctor qui insignitus est, etymologum existit. Ita in cæteris iudicandum est.

Primi gradus, uerbalia in or terminantur, declinata ab extremo sui uerbi supino, uerso u in or, ut amatu, u in or, amator fit. Doctu doctor, Cursu cursor.

Secundi gradus, uerbalia sunt fœminina in trix, formata ab ultimo sui uerbi supino, tu in trix mutato, ut amatu amatrix. Fallit in nutrix cum deberet facere nutritrix. Alij tamen hæc fœminina formant à masculino in or, sed sic potius denominatiua quàm uerbalia dicenda forent. Sciendum, quòd uerbalia in sor, non habent fœminina in trix. Præter tonsor tonstrix, expulsor expultrix, assessor assestrix.

Tertij gradus sunt uerbalia in tio, ab eodem ut prædicta uenientia supino, mutando u in tio, ut amatu amatio. Sic item formantur ea quæ in us terminantur ab ultimo supino, addendo s literam, ut auditu auditus, uisu uisus. Quædam tamen præter regulam formantur, sicut opinio, suspitio, crepatio, tonatio, & plura alia. Ratio autem, ut ait Lancilot. etymologum est, non uerbale. Lauatio quoq; dicitur non lotio, nisi tertius existat casus à nomine lotium, id est, urina.

Sunt & aliæ uerbaliũ uoces, quædam in men, ut documen. Quędam in mentum, ut documentũ. Quędã in bilis, ut Affa-

bilis,laudabilis. Alia in ax,ut loquax,bibax. In bundus alia,ut hesitabundus,furibundus,non furenti similis,sed furore affluens.Sunt & alia uerbalia in tius,ut pignoratitius. Hæc omnia dubij tituli uerbalia uocat Lancilot.lib.8.cap.15.

QVARTA REG.

Partitiua,distributiua,quæsitiua, comparatiua & superlatiua, numeralia quoq; post se regere possunt genitiuum pluralem uel collectiui nominis genitium singularem, ut Vterq; parentum colendus atq; amandus est.

Quidam uestrum facinus quoddam peregit.
Alter istorum altero est doctior.
Quemlibet famulorum accersi.
Neuter horum interfuit. Nullus plebis uidit.
Quis deorum hac me leuat miseria.
Omnium regum Maximilianus est mitissimus.
In tpe ueni quod rex oim est primũ. Teren.in heau.

Exẽpla: Manuum mearum dextera est agilior.
Oculorum tuorum acutior est siniſter.
Hic uniuersi cœtus fuit moderatissimus.
Quinq; magistrorum me examinarunt.
Quinquaginta exercitus interierunt.
Virtutum nulla prestantior,nulla nobilior,nulla denicq; dignior facilitate ac liberalitate.
Vbi aduerte, quòd negatio plerunq; additur comparatiuo & non superlatiuo.

DE ADIECTIVIS REGENTIbus Datiuum. Regula Prima.

Adiectiuum similitudinem uel dissimilitudinem significãs, post se datiuum regere potest,& genitiuum interdum,ut Istis colludas qui tibi sunt æquales. Tu es mihi inæqualis longitudine. Tua uerba fuerunt eadem meis. Sententia tua meę est diuersa. Filius plerũq; est similis patri. Neuter horum alteri multum dissimilis est. Similem nam quisq; uidetur collaudare sui.

Philel.

Philel.saty.5. Quod dicis non est uerisimile uero. Hora. Ficta uoluptatis causa sint proxima ueris. Idem: Si dicẽtis erunt fortunis absona dicta. Romani tollent equites peditesq; cachinnum. Idem: Sumite materiam uestris qui scribitis æquam. Viribus. Pauci maiorum similes reperiuntur.

SECVNDA REG.

Adiectiuum obuius, datiuo construitur, ut Obuius sum tibi, Obuius fio tibi, Obuium me tibi fero, Obuium te mihi fortuna obtulit.

TERTIA REG.

Adiectiua utilitatem, damnumve significantia, & his similia post se datiuum congruenter regere possunt.

Quæ tibi utilia sunt, non asperneris.
Quod nulli commodum est, non dilígas.
Res uobis damnosas fugite.
Scientiam uictum & amictum tibi conferens, summis uiribus dilígito.
Quod detrimentosum tibi est, ne facito.
Adulescentibus acerbum est obiurgari.
Vt: Iucundissima mihi fuit tua conuersatio.
Iustus gratus sit omnibus.

Regula Iuris.

Mora sua cuilibet est nociua.

Cice. 1. lib. Offic.

Luxuria uero cum omni ętati turpis, tum senectuti fœdissima. Bapt. Mant. Aeglo. 1.

Qui satur est pleno laudat ieiunia uentre,
Et quem nulla præmit sitis est sitientibus asper.

QVARTA REG.

Omnia adiectiua quorũ res denotatur acquiri, regunt post se datiuum. Pariformiter & adiectiua inbilis. Fere aũt omnia adiectiua hac regula comprehenduntur

Non est uere iustus, qui sibi soli iustus est.

Iuuenis est aptus studio.
Palleat omnis amans, hic color est aptus amori. Ouid.
Exẽ- Quis enim filius non formosus matri, ait Quintilianus.
pla: Nec dictu effabilis ulli.
Propertius:
Omnia non pariter rerum sunt omnibus apta
Naturæ sequitur semina quisq; suæ.

DE ADIECTIVIS REGENTIBUS Accusatiuum. Regula unica.

Adiectiuum proprietatem parti inexistere significans, post se regere potest accusatiuum significantem partem, ut Mœstus uultum, curuus pedem, uirgo est uenusta faciem, possumus & loco accusatiui ablatiuo uti.

DE ADIECT. REGENTIB. Ablatiuum. Regula prima & utilis.

Omne adiectiuum tam nomen q̃ participium, quod regeret post se ablatiuum uel actũ, mediãte aliqua istarum septem præpositionum, Cum, de, ex, in, pro, per, præ, eundem ablatiuũ regit significantem subiectum uel materiam uel instrumẽtum proprietatis uel actus, nulla interueniente præpositione.

Meretrices blande sunt sermone, id est, in
Puellæ plerunq; sunt uenustæ facie, id est, in
Molles carne aptos mente dicimus, id est, in
Omnes sumus deteriores licentia. Terent. Id est, per licentiam uel præ.
Exẽ- Petrus læsus est gladio, id est, cum
pla: Olla facta luto cito perit, id est, de luto.
Ouidius:
Sæpe feres imbrem cœlesti nube solutum, i. ex nube.
Frigidus & nuda sæpe iacebis humo.
Pisces sunt empti tribus nummis, id est, pro tribus. Caue, ne addas præpositionem pro.
Sum uiuus pietate dei, id est, per pietatem.

Secun-

DE CONSTRVCTIO.

SECVNDA REG.

Adiectiuum dignus,& adiectiua plenitudinem,diuitiasq; significantia,& illis oppositа,post se regunt ablatiuum.

Doctus est dignus omni honore & laude.
Plenus uino rectius nil agit quàm riuum incidit.
Exẽpla: Diues opibus præ cunctis ueneratur.
Scolasticus bibulus & indiligens, indignus est pane quo uescitur. Rebus inopi nullus opitulatur.
Dignus est mercenarius mercede sua. Scriptu.

TERTIA REG.

Adiectiua mensuram, quantitatemve cognotantia, post se regunt ablatiuum exprimentẽ numerum illius quantitatis, ut Pannus est longus quinq; ulnis. Pygmei sunt longi unico tantum pede. Turris est alta quinquaginta passibus.

QVARTA REG.

Comparatiuus ex natura comparationis,post se regit ablatiuum:& plerunq;, quando fit comparatio ad res diuersi generis,ait Laurent. Valla. ¶ Exempla:

Asini sunt robustiores,& ad ferenda onera habiliores hominibus.
Senes sunt prudentiores iuuenibus.
Tunica est pallio propior.
Nihil assuetudine maius. Ouid. de arte.
Quid enim dulcius ocio literario. Cic. in Tuscul. quest.
Vilius argentum est auro,uirtutibus aurum. Hora. in epi.
Nec quicquam insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Cicero de Amic.
Si tibi sit uirtus omni sis ditior auro. Phile. in saty.

DE CONSTRVCTIONE Nominum Substantiuorum. Prima reg. generalis.

Quando duo uel plura substantiua nomina, eandem rem significantia, simul in una oratione conueniunt, sine coniunctioneintermedia, debent poni in simili casu. Quandoque

idem nomen geminatur, ut O deus deus.

Virgo Maria mater Christi est aduocata nostra clementissima.

Rex Maximilianus sydus est & stella oīmium principum.

Dux Eberhardus senior, primus extitit gymnasij nostri autor.

Exempla:

Magister Georgius est uir admodum benignus.

Doctor Conradus est optimus Iurisconsultus, scilicet uxorem cum dote fidemq; & amicos, & genus & formam regina pecunia donat. Hora.

Intellige sane hanc regulam cū dico eandem rem significantia. i. q̄ pro eadem re ponunt, & nō diuersis in hac oratione, sicuti in hoc ultimo exemplo. Regina & pecunia pro eadem re posuit. Hora. Cum alioquin res diuersas significant.

SECVNDA REG. Generalis.

Quando in unica oratione particulari conueniunt duo nomina substantiua ad diuersa pertinentia, nulla cōiunctione interueniente, alterum ponatur in genitiuo, nisi ab eadem dictione regantur. Nam tunc non dicuntur conuenire in una oratione particulari, ut Dedi literas tabellario. Vbi tabellario & literas non faciunt unam orationem particularem, sed ambo illi obliqui à uerbo dedi reguntur ex diuersis regulis.

EXEMPLA.

Regis aula nunq; caret parasitis. Tunica coci olet hordeum. Mentis habitum sermonis cultus solet indicare. Philel. in epis. Mors ultima linea rerum. Hora. in epi. Nostin mores mulierū dum moliuntur dum comuntur annus est. Teren. Noui ingenium mulierum, nolunt ubi uelis, ubi nolis cupiunt ultro. Teren. Nulla igitur excusatio peccati, si amici causa peccaueris. Cice. in Ami. Errantium multitudo non facit errori patrocinium. Hieronymus. Ego consuetudinem eruditissimorum consensum uocabo. Quintilianus.

Hæc re

Hæc regula plures comprehendit regulas, quas Gallus de regimine genitiui seu constructione ponit, scilicet: Qñ nomen rei possessæ regit post se genitiuum possidentis, ut Liber familiaris mei est mendosus. Quando contínēs regit cōtentum, ut Contubernium studentium. Quando pars regit in genitiuo totū, ut Facies uirginis est lenticulosa. Qñ nomen temporis regit genitiuū significantē id q̄d fit in tpe, ut Tempus studij, Hora prandij. Qñ nomen amicitiæ uel inimicitiæ regit genitiuum, ut Familiaris fratris, Inimicus principis. Et alias plures regulas hac unica comprehendere uolui.

PRIMA REG. SPECIALIS.

De regentibus Genitiuum.

Substantiua omnia possunt post se regere genitiuum exprimentem præcium, mensuram, uel ætatem rei significatæ per substantiua, ut Panis quinq; denariorum rusticum non saciat. Ducentorum denariorum domus superioribus diebus combusta est. Quot iugerum pater possidet, aurum statim querit ducturus uxorem. Puella duodecim annorum est uiri potens. Maledictus puer centum annorum.

SECVNDA REG.

Nomen totius uel subiecti regit post se genitiuum uel ablatiuum partis, proprietatis, uel dispositionis, mediāte adiectiuo, significante habitudinem quandam accidentalem ipsius partis, proprietatis, uel dispositionis, quæ quidem habitudo sit decora uel uiciosa, uel indifferens.

EXEMPLA.

Fœmina nigrorum oculorum ab adolescētibus probatur. Fœmina bonorum morum à sapientibus commendatur. Vlpianus uir fuit magnę iusticię uel magna iusticia. Tu es homo singularis probitatis uel singulari probitate. Adolescens acris ingenij docilis existit. Mulierē nullius pudicitiæ fugito. Vitate homines falsi animi. Coruus albi coloris rarus est. Philelphus uir fuit magnæ eloquentiæ & suauissimi sermonis. Aduleſcens

bonis moribus cunctis est p̃ferendus. Puella honesta uita oẽs pręcellit, etiam ditissimas. Homo impudico sermone dign⁹ est ut linguam amittat. Puer bonę indolis laudatur. Vacca bonæ nationis. Dicitur etiam natio in brutis quod indoles in homine uocatur.

DE CONSTRVCT. Nominis Substantiui cum Datiuo. Prima Regula.

Nomina rei possessæ, mediante uerbo substantiuo regunt datiuum possessoris: unde omnis oratio ubi habeo regit accusatiuum, nominatiuus ante habeo eleganter mutatur in datiuum, & habeo in uerbum est. Accusatiuus uero in nominatiuum mutari consueuit, non mutato numero in illis.

Habeo patrem amantissimum: Hoc pacto mutatur. Mihi est pater amantissimus. Tu habes uxorem pudicissimam: hoc mõ mutatur, Tibi est uxor pudicissima. Qui pecuniam non habet, abeat: hoc pacto mutatur, Abeat cui non est pecunia. Vobis sunt præceptores doctissimi. Nobis est dies festus uel feria. Feria enim significat, Swatetzni den/ Feyrtag. Et feriari, uerbum deponentale, Swietiti/ Feyren. Profestum, Wssedni den Wercktag. Strabonem appellat petum. Et pullum male paruus, si cui est filius inquit. Horatius in sermo. Mihi est sacerdotium. Teut. Pfriendt, melius q̃ beneficiũ.

Exẽpla:

SECVDA REG.

Nomina substantiua cognotantia amicitiam, agnationem, propinquitatem, uel societatem, & illis similia & opposita, post se regunt datiuum mediante uerbo substantiuo.

EXEMPLA.

Magister Ioannes Astman est mihi familiaris fautor & collega. Agnes est tibi socrus, mihi matertera, huic amita. Georgius est mihi uicinus. Duo adolescentes isti sunt huic filij. Hunc diligo, perinde ac si necessarius mihi esset. Nulli sis inimicus aduersarius. Tu es mihi patruus. Filius uero tuus est mihi patruelis,

97

elis. Nec aliam ob causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi q̃ tanta est inter eos morũ studiorumq̃ distantia. Cice. in Lelio.

DE CONSTRVCTIONE SVBstantiui nominis cum Ablatiuo. Reg. Prima.

Nomina substantiua quæ regerent post se ablatiuum uel accusatiuum, mediantibus præpositionibus Cum, de, ex, in, pro, per, propter, possunt post se regere ablatiuum sine illis præpositionibus.

Ioannes abbas dei gratia in Bebenhausen. i. ex gratia.

Leo diuina clementia summus pontifex, id est, per diuinam clementiam.

Mulier sexu, id est, propter sexum.

Multi fures sunt natura, id est, ex natura.

Exẽpla: Hercules uir fuit corde & animo, non sexu tantum, id est, in corde & animo.

Hic est præfectus & magistratus Tubingę autoritate principis.

Rudolphus est sacellanus Stutgardiæ gratia ducis. Et non dicendum est Capellanus, sed sacellanus à sacello.

SECVNDA REGVLA.

Illa dictio opus construitur cum ablatiuo, ut Mihi est opus opera tua. Mihi uehementer est opus codice, quem tibi usui dederam. Male habentibus opus est medico.

DE PRONOMINVM Constructione.

Pronomen demonstrans debet esse simile nomini demonstrato in genere, numero, & casu.

EXEMPLA.

Ille uir laudatur, qui se moderari nouit. Illa puella uituperatur, quæ absq̃ pudore cunctos alloquitur.

Meum onus est grauæ, Iugum meũ suaue est. Onus meum leue.

leue, Vester seruus est fidelis, Tui familiares sunt fidi.

Vinum nostrum est plenum, Teut. Sylny/Starck. Ipsa dies quandoq; parens, quandoq; nouerca est. Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Iuuena. Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes. Hora. in epist.

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet. Idem. Qđ autem legitur, Populę meus, in sacris literis. Psalm. lxxvij. figuratum est, id est, qui est meus, inquit Lancilot.

SECVNDA REG.

Hęc sex relatiua: Qui, ille, ipse, iste, hic, & is cum compositis, ut idem ille ipse, hic ipse, & cætera debent esse similia suis substantiuis, ad quæ referuntur in numero & in genere. Cætera uero relatiua quęcunq; sunt, conueniunt in genere, numero, et in casu cum substantiuis sequentibus, quibus applicantur. Regula hæc clara est, nec necesse nũc erit iuuenile ingenium longis ambagibus molestare, dicendo: quid sit relatiuum substantiæ, quid accidentis: & rursus, quid identitatis, quidve diuersitatis: & reliquam grammatistarum sordem. Relatiuum autem diffiniunt grammatici, Est quod rem ante dictam dicit iterum ut in exemplis patebit.

¶ Exempla primæ partis regulæ.

Reus qui tacet, consentire uidetur. Regula Iuris est.
Rusticos ego fugaui, & illos tu fugisti.
Est enim is amicus, qui est alter idem. Cic. de Amici.
Quæ enim natura occultauit membra, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis. Cice. lib. 1. offi.
Magister uxorem duxit, hanc ipsam discipulus adamauit.

¶ Exempla secundæ partis.

Talis est filia, qualis est pater. Tanta est soror, quãtus est frater. Cliens rogat patronum, ut defendat causam suam. Tui crines sunt nigri, qualia Aethiopum corpora. Facies Aethiopum est nigra, quales sunt pennæ coruorum.

TERTIA REG.

Quoties

plotka

Quoties relatiuum cum suo uerbo antecedenti pręponitur, illud antecedens eleganter relatiuo suo in casu rñdebit, quanquam in casu cum apposito discordet.

Quas ad me dedisti literas, fuerunt iucundissimæ.
Quem queris Iesum, non est hic, ait Scriptura.
Quas credis esse has, non sunt ueræ nuptiæ.

Exẽpla: Quem tantopere laudasti hominem, est infamis & notatissimus.
Cui dederas ad me librũ tabellario, fuit doctissim⁹.

QVARTA REG.

Relatiuum quoties inter duo substantiua ponitur, quorum sequens sit proprium nomen, sequenti accomodatur in genere. Si uero sequẽs fuerit appellatiuum, potest tam cum sequenti quàm antecedenti congruere.

Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur Salust.
In semine tuo qui est Christus. In sacris literis legitur.
Vt: Eo Vlmam, quod est oppidum Germaniæ.
Studium sapientiæ, quæ philosophia dicitur, Cic. in Tusc.

QVINTA REG.

Interrogatiuum & suum responsiuum ab eadem dictione recta, similia esse debebunt in casu. Verum, si non regãtur à dictione diuersos casus regere potente, & nisi respondeatur per pronomẽ possessiuum ad interrogatiuum cuius. Nam sic pronomen possessiuum per quod responsio fit in casu, accomodabitur uerbo suo. ¶ Exempla:

Quos uicerunt Doryphori? Respondeo. Heluetios. Doryphori satellites sunt & milites portãtes lanceas. Heluetij, teut. Schweitzer. Quis est uenerandus? Respondetur. Solus diues. Qualis debet esse studens? Dicetur. Modestus & literarũ diligens. Quantus fuit Christophorus? Respõdetur. Magnus. Cuius est census ecclesiasticus? Respondetur. Dei, & sacerdotum ut Curatorum. Cui dedisti pecuniam? Respondetur. Creditori. Quaꝝ reꝝ non est satietas? Respodetur Diuitiarum.

Exce-

DE CONSTRVCTIO.

EXCEPTIONIS EXEMPLA.

Quis tibi dedit pisces? Respondetur. Emi eos à piscatore.
Quanti emisti pisces? Respondetur. Modica pecunia.
Vt Es ne plenus uini uel fœno? Respondetur. Vini.
Cuius est seruus? Respondetur. Meus.
Cuius hominis uestes portas? Respondetur. Tuas.

Cuias cuiatis communi genere significat unde, & non tantum patriam, gentem, nationemq; innuit, ut apud Cice. lib. v. Tusc. Socrates quidem cum rogaretur, cuiatem se esse diceret. Mundanum inquit. Totius enim mūdi se incolam & ciuē arbitrabatur, sed & partes & sectam cuias significat seu innuit, ut Cuiates philosophi uos estis, Stoici ne, an Epicurei?

Cuius, cuia, cuium, possessiuum est infinitum. Pertinet enim ad omnes species possessiuorum. Cuia est hæc filia? Respondetur. Mea, uel tua, uel illius. Et eius masculinum in fine acuitur differentiæ causa, ut ait Priscianus. Et id interrogatiuum in casu non conuenit cum responsiuo suo, nisi & ipsum possessiuum fuerit. Virg. Dic mihi Dameta cuium pecus an Melibœi?

SEXTA REG.

Pronoīa pñt post se regere gtm̄ sicuti partitiua sub conueni entia gñis, ut Ille uiroꝝ saltat. Hæc mulierum saltauit. Hoc animalium maximum fert onus. Iste scholasticoꝝ est uulneratus.

SEPTIMA REG

Pronomen regit post se eundem casum, quem nomen loco cuius ponitur, ut sunt pronomina primitiua quando demonstrant aut referunt totum alicuius partis, uel subiectum alicuius proprietatis possunt regere illam partem aut proprietatē in genitiuo uel ablatiuo, ut Illa est sparso ore & adunco naso. Tu modicœ fidei uel modica fide, cur dubitasti? Illa hilari uultu, tu autem duro animo es & tristi.

DE VERBI CONSTRVCTIONE.

Docturus uerbi constructionem, primo regulas quasdam tradam

tradam generales, postea speciales. Et has quidē de uerbis personalibus primum, & eas de impersonalibus posterius.

PRIMA REG. Generalis.

Quemcūq; casum regit Indicandi modus, eundē regūt oēs cæteri modi, supina quoq; gerundia & participia ab ipso deriuata.

EXEMPLA.

Bibo uinum, Ego bibi uinum optimū, Concedente deo bibam uinū, Bibe uinū modice, Si rustici non biberent uinum, plus haberent pecuniæ, Inebriaris si uinum biberis p̄ter mensuram, Rustici non deberent bibere uinum, Vinū bibitur in conuiuijs, Bibens uinum, sitim pellit, Bibendo uinum lætificor.

SECVNDA REG. Generalis.

Si in una oratione duo iungātur uerba sine medio, alterum ponatur in infinitiuo.

Exēpla:

Discipuli debent honorare præceptores.
Vis effici doctus, audi peritos.
Et nequit ex nihilo uolucris consurgere fama. Bebeli.
Quid mihi fortuna si non conceditur uti. Horatius.
Nihil tam difficile est quin q̄rendo inuestigari possit.
Non satis est ars sola coco seruire palato.
Nanq; cocus domini debet habere gulam. Martialis.
Quis fallere possit amantem. Virg. 1. Aeneidos.
Tolle moras semper nocuit differre paratis. Luca. 1. lib.
Nescis miser oīa claram in lucem uenisse tamen nam crimina possunt.
Nulla latere diu. Philel. in saty.
Omnia si perdas famam seruare memento,
Qua semel amissa postea nullus eris.

TERTIA REG. Generalis.

Omne uerbum actiuum uel passiuū uel neutrum, uel quod cunq; tandem tale existat, post se dtm̄ regere potest, qui quidē datiuus fere semper sermone teutonico per dem exprimitur.

EXEMPLA.

Monachus.

Monachus concionatur populo. Scribo tibi literas. Doctor legit scholasticis. Gymnasiarcha præcepit nobis, ne arma deseramus. Obsequere parentibus. Hinc ait Philel. in saty. Debes parere parenti. Obedio præceptoribus. Parētes liberis suis thesaurum colligunt. Debeo tibi decem florenos.

Caue dicas, obligor uel teneor. Cōmendo tibi fratrē. Consulo tibi. i. consilium do tibi. Sed consulo te. i. cōsilium peto à te.

Vnicuicp dedit uiciū natura creato. Proper. Quid de quoqp uiro & cui dicas sæpe uideto. Hora. Facile oēs cū ualemus recta consilia ægrotis damus. Ter. in An. Primis igitur conatib⁹ obsta. Philel. in saty. Sed mulier cupido quod dicit amanti. In uento & rapida scribere oportet aqua. Hæc Catullus.

Aduerte, quòd iuuo etiam regit datiuum, sed rarenter, plerumcp uero accusatiuo iungitur. Et supplico qñcp cum accusatiuo iunctum legitur, alioqui sæpius datiuo applicatur.

QVARTA REG.

Omne uerbum tam personale quàm impersonale, tam actiuum quàm passiuum, etiam quodcūcp aliud post se regere potest dictionem tempus notantem in accusatiuo uel ablatiuo.

Exē. pla: Doceo duas horas uel duabus horis. (gensi.
Duos annos uel duobus annis ægi in gymnasio Tubin
Caue, barbare loquaris: Steti in gymnasio Tubingensi.
Quattuor mensibus luna cursum implet suum.
Scholasticus tota die bibens, & nec unicam horam literis incumbens, quomodo doctus efficietur.

QVINTA REG. Generalis.

Omne uerbum quocuncp uocetur nomine, post quod consonat significatum unius ex septem illis præpositionibus, Cū, de, ex, in, pro, per, propter, potest post se regere ablatiuum significantem instrumentum, uel materiam, modumve actus, uel causam propter quam fit actus absqp præpositione.

Faber cudit ferrum malleo magno labore. Id est, cum. Iam ablatiuus instrumentum significat.

Ferrum

Ferrum cuditur malleo magnis ictibus.
Pharmacopula conficit poculum herbis, id est, de uel ex. Hic ablatiuus materiem notat.
Porto librum manibus, id est, in manibus.
Emo codicem duobus florenis, id est, pro duobus.
Viuimus gratia dei, id est, per gratiam dei.
Nuncius currit uelocibus pedibus spe lucri, id est, propter spem. Hic ablatiuus causam notat.
Iudex non mouetur fletibus, nec terretur minis. i. per
Exẽpla: Arca aperitur adulterina claue, Teut. mit einẽ ditterich
Ouid. de Reme. Neue puellarum lachrymis moueare caueto, Vt flerent oculos erudiere suos.
Ouid. de Põt. Nescio qua natale solũ dulcedine cũctos, Ducit & immemores non sinit esse sui.
Idem: Artibus ingenuis quæsita est gloria multis.
Idem: Ferreus assiduo consumitur anulus usu.
Ouí. de Põt. At reditus iã quisq; suos amat, & sibi quid sit. Vtile sollicitis supputat articulis.
Phil. in saty. Pauca uelim samio uel serus more loquaris. Nec quicq; ni mente prius dicenda uolutes.

SECVNDA REG. Generalis.

Omne uerbũ actiuũ uel passiuũ, uel aliud quodq;, post se regere potest tres casus cões. s. datiuum, actm̃, uel ablatiuũ temporis, & ablt̃m̃ sine præpositione significantem instrumentũ, materiam, modum actus, uel causam propter quam fit actus.

Magnis laboribus tota die suis scholasticis fidelis præceptor artium tradit documenta.
Vt: Multo tempore maximis sudoribus liberis suis parentes colligunt pecuniam.

REG. SPECIALES DE VERbis personalibus, à frõte casum petentib. Prima.

Omne uerbum personale, à fronte nominatiuum regit uel uocatiuum, cui in numero atq; persona respondebit.

Amor uincit omnia. Virg. Sitientes illi bibunt.
Ego doceo Tu discis. Nos legimus.
Vos scribitis. Illi ludunt.
Luce sacra requiescat humus requiescat arator.
Et graue suspenso uomere cesset opus. Tibul. lib. 2.

Exẽpla: Dispares enim mores disparia studia sequũtur quorum dissimilitudo dissociat amicitias. Cice. de amici.
Laudat quod quisq; probarit. Philel. in saty.
Nemo probat quodcunq; sequi aspernatus abhorret. Philel. in saty.
Discipuli charissimi discite, datecq; operam literis.
Tractant fabrilia fabri. Hora. in epistolis.
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Virg.
Audentes fortuna iuuat. Idem.

Abeant in rem malam grammatistæ barbari, qui uanis suis disputationibus hic certamen & bellum parant cõtra me, cum uerbum personale à fronte uocatiuum regere dixi. Miror ego profecto, q̃ tam inaniter de lana caprina disputantes, tempus terunt Ego contra opinionem eorũ (& si iure possem) non nitor. Volo ego certe hanc oõnem congruam esse & latinam. Serue affer mihi tibialia. Fili mi cur peccasti. Cõgruẽter in his orationibus, uocatiuus cum uerbo cõstruitur. Et eodem pacto construere & regere ego utor: non ut ipsi qui ex mathematica disciplina rationes contra me afferunt. Cum ergo de uerbo lis tantum oritur, concedant ipsi mihi uocatiuum cum uerbo iungi posse, & ego facile eorum opinioni cedam.

SECVNDA REG.

Verbum personale aliq̃ regit ante se duos ntõs diuersarũ personarum in euocatione. Euocatio, est oratio in qua demonstratiuum primæ uel secundæ personę, & demonstratum tertię personę, reguntur à uerbo personali concordante in persona demonstratiuo & non demonstrato, Exempla:

Ego Petrus bibo, Tu nebulo ludis.

Nos

Sub
100

Nos miseri contemnimur. Vos philosophi disputatis.
Ego præceptor ea doceo quæ uos discipuli discitis.
Nos filij pecuniam perdimus, quam uos parentes diu noctuq; collegistis.
Vos iusti regnum dei possidebitis.

TERTIA REG.

Verbum personale à fronte, regit duos ntōs diuersaꝝ personaꝝ, interueniente coniunctione in cōceptione personaꝝ. Est aūt cōceptio personaꝝ, oīo in qua uerbū personale pluralis numeri respicit añ se dictiones diuersaꝝ personaꝝ coniunctione copulatiua coniunctas, rñdens digniori in persona. Et persona prior semper posteriori dignior censetur: prima uidelicet dignior est secunda & tertia, & secunda dignior tertia, ut Ego & tu cum essemus scholastici Stutgardiani, familiares fuimus. Ego & germanus meus nūc agimus in gymnasio Tubingensi. Tu & familiaris tuus modicam adhibetis literis diligentiam. Nos & magistri disputamus. Vos & rustici saltatis.

QVARTA REG.

Verbum personale pluralis numeri, sæpe ante se regit nominatiuum & ablatiuum mediante præpositione cum, conueniens cum nominatiuo in persona & in casu.

Romulus cum Remo Romam condiderunt.
Vt: Maritus cum uxore sepeliebantur.
Adolescentes cum sene moriuntur.

QVINTA REG.

Sæpissime uerbo personali congrue cum suo casu p̄posito adiunguntur, postea alij casus disconuenientes uerbo per prolepsim. Prolepsis regulariter, est oratio suppositorialis pluralis numeri, cui orationi postea subiunguntur singularia, nominatiui prioris non respondenti à uerbo.

Adolescentes studeant, ille rei amatoriæ, hic uero literis.
Vt: Rustici laborant, hic in aruo, iste in uinea.
Philosophi disputant, quidam in philosophia morali, ali

us in rationali,tertius in naturali.

Exercitus fugit,hi in syluam,illi in urbem.

SEXTA REG.

Persępe etiã uerbo psonali congrue constructio cũ suo casu postea mediante aliq̃ cõiungente annectit̃ suppositũ dissimile priori uerbo quã oronem dixerunt seu uocauerunt zeugma.

Abbas ludit & monachi.

Monachi diutius uiuent quàm abbas.

Exẽpla: Omnes rident & ego. Si pater consentiet & ego.

Hic melius respondisset quàm tu.

Tu uiuis & belua. Tu ibis & frr̃ tuus. Si feceris & ego.

SEPTIMA REG.

Crebro uerbũ psonale pluralis nu. iungit̃ ntõ collectiuo singularis numeri autoritate Oratorũ poẽtarum & sacri eloquij.

Turba ruunt Plurima turba strauerunt uestimenta sua in uiam. In Euangelio.

Pars ingentem formidine turpi. Scandũt rursus equum & nota conduntur in aluo. Virg. 2. Aenei.

Exẽpla: Pars spoliant aras frondem ac uirgulta facesq̃. Idem.

Idem in 6. Pars leues clypeos & spicula lucida tergunt. Aruina pingui subigunt in cote secures.

Idem in 12. Pars gladios stringunt manibus pars missile ferrum. Corripiunt,cæciq̃ ruunt.

OCTAVA REG.

Verbum personale inter diuersos numeros positũ,plerunq̃ propiori respondent. Teren. in And. Amantium iræ amoris re integratio est. In sacris lite. Mandata tua meditatio mea est. Virg. 1. Aenei. Hic illius arma hic currus fuit.

REG. SPECIALES DE VERBIS

Personalibus, à tergo casum petentibus. Et primo quidem de petentibus ntm̃ post se.

Primo,regula de regentibus ntm̃ post se. Et substantiua & uocatiua uerba post se ntm̃ regere possunt. Sunt autem tria uerba

uerba ſubſtãtiua. Sum, forem, & exiſto. Quinq; uocatiua, Appellor, dicor, nominor, nuncupor, uocor. Quædam autem his ſimilia ſunt, qualia ſunt: Fio, appareo, maneo, imaginor, efficior, reddor, reputor, euador, conſtituor, uideor, inſcribor, intitulor, quæ omnia poſt ſe nominatiuum regere poſſunt.

EXEMPLA.

Sum grammaticus, Vos eſtis perfidi, Vtinã forem peritus, Eſto pacificus, Deus exiſtit miſericors, Nos ſumus puluis & umbra, Sum Sindelfingenſis, Appellor Iacobus, Tu uocaris Rudolphus, Hic nuncupatur Georgius, Quidam liber Ouidij inſcribitur Metamorphoſis. Noli factioſus, noli ſeditioſus uocari ciuis, inquit Philelphus in epi. Lictor non dicitur carnifex, nec carnifex dicitur lanius. Plures uidentur amici qui non ſunt. Niſi didiceris manebis ignarus uſq; ad extremum ſpiritũ. Efficieris doctus, ſi diligentiam adhibueris. Redduntur peiores, qui prauorum utuntur conſuetudine.

Exẽpla.

Non omnes probi ſunt qui uidentur honeſti. Donec eris fœlix multos numeraris amicos. Quicquid præcipies, eſto breuis, ut cito dicta percipiant animi dociles teneantq; fideles. Hora. Quãto fumus ſuperiores, tanto geramus nos ſubmiſſius. Cice. in Offi. Siſq; uerecundus, factis, dictisq; tueri. Philel. in ſaty. Tende modum Bacchumq; caue Cereremq; uoracem.

Aduerte tamen dicendum eſſe: Mihi eſt nomen Iacobus, & Mihi eſt nomen Iacobo. Et ſi ex te queritur. Quod eſt tibi nomen? Reſpõdere potes. Iacobus uel Iacobo. Vel etiam alio caſu proferri poteſt ſecundum orationis qualitatem: rectius tamen datiuo utimur, inquit Seruius 1. Aenei. Sciendum quoq; q̃ prædicta uerba non ſemper ntm̃ poſt ſe habent, ſed ex regulis ſequentibus ſæpe alium caſum ſibi adiungi poſtulant.

SECVNDA REG.

Omnia uerba perſonalia poſſunt poſt ſe regere ntm̃ adiecti ui nominis mutabilem in aduerbium uel qualitatis uel alteri-

us cuiuſpiam ſignificantiæ, ſignificantem habitudinem qua ſignificatum uerbi notatur ſuppoſito modo conuenire.

Hic ſedet erectus. Illi puniuntur indigni. Canis comedit auidus. Orate taciti. Ceruus currit uelox. Diſcite ſeduli. Ego doceo beneuolus. Loquere modeſtus. Vos legitis tardi. Dormi ſecurus. Tu donaris meritus. Dona letus. Nulla res eſt tam facilis, quin difficilis fiat, ſi inuitus facias. Terentius.

Exẽpla: Dona præſentis cape lætus horæ, in Odis Hora.

Ouid. Sæpe feres imbrem cœleſti nube ſolutum
Frigidus & nuda ſæpe iacebis humo.

Hæc prima lex in amicitia ſanciatur, ut neq; rogemus res turpes, nec faciemus rogati. Cicero.

Viue prius, moriere prius, cole ſacra colentem.

DE PERSONALIB. VERBIS Petentibus à tergo genitiuum.

PRIMA REG.

Verba memorari notantia aut obliuiſci, à tergo regere poſſunt genitiuum uel accuſatiuum.

Memora breuitatis uitæ tuæ, uel breuitatem.

Recordare p̃terita facta, uel præteritorũ factorum.

Exẽpla: Recolo parentis tui, uel parentem tuum.

Boni uiri eſt obliuiſci iniuriarum, uel iniurias.

Noli obliuiſci bñficiorũ, uel bñficia tibi, uel à te collata.

Memorare nouiſſimam tuam diẽ, & uix peccabis.

SECVNDA REG.

Hæc uerba miſereor, miſereſco, dominor, & ſum quando poſſeſſionem notat, poſt ſe genitiuum uel datiuum poſtulant.

Miſereor tui uel tibi. Miſerere pauperis uel pauperi.

Exẽ. Miſereſcite noſtri uel uobis. Hic liber eſt fratris mei.

Hæc urbs eſt principis. Hæc ſchola eſt theologorum.

DE PERSONAL. POST SE ACcuſatiuum poſtulantibus, Reg. prima & gñalis.

Omne

Omne uerbum significans actionẽ, põt post se regere actũ importãtem id, in quod denotatur transire talis actio uerbi. Et uerbum significans actus alicuius omissionem, accusatiuũ regit, ut Taceo hanc rem. Prætermitto illã rem. Exemplum; Paganus hodie arauit tria iugera. Nauigamus lacum.

Eo uiam asperam. Vos seuistis triticum.
Cœnati sumus leporem assum. Discite mores optimos.
Exonero bigam, Snassim z kar/ Ich entlad den karren. Ventilaui auenam, Propalalsem owes/ Ich hab den habern geschwungen. Doceo discipulos. Loquere optata. Teren. Adipiscor honorem. Humanus solatur ægrum. Interpretor epistolas Philelphi.
Vado unum miliare.
Spectare iubeo cũctos uitę terminũ Solon Atticus ait.
Exẽpla: Cognosce te ipsum. Chilon Lacedęmonius.
Seruare modum est optimum. Cleobulus Lyndius.
Sponsio damna dabit. Thales Milesius.
Viaticum ad senectutem compara. Bias Prienæus.
Cognosce tempus. Pytacus Mytilenus.
Meditatio totum continet. Periander Corinthius.
Hora. in epi. Singula de nobis anni prædantur euntes.
Eripuere iocos Venerem conuiuia ludum.
Proper. Quare si sapis ablatas ne desere messes,
Et stolidum pleno uellere carpe pecus.
Terent. Obsequium amicos, ueritas odium parit.

Interdico uerbum, nunc dtõ & abltõ iungitur, nunc dtõ & actõ, ut Interdico tibi aqua & igni, uel Interdico tibi aquam et ignem. Huic posteriori accedit. Ouidi. lib. 6. Meta. Cui quondam regia coniunx. Orbem interdixit. Sueton. in Nero. Valerius Max. lib. 2. Iustinus lib. 5. Sene. lib. 3. de ira.

SECVNDA REG.

Verbum personale aliqñ post se habet accusatiuum, significantem partem per Synecdochen, ut Bibuli dolent oculos.

Dicimus autem congrue: Doleo caput, Doleo capite, & Mihi dolet caput. Aldus Manutius.

DE PERSONALIBVS VERBIS post se ablt̃m petentibus. Regula Prima.

Hæc quinq; uerba Fungor, fruor, potior, uescor, & utor petunt post se ablatiuum.

Fungor officio meo. Frui ocio & uoluptate desidis est. Vescimur panibus. Vtor familiaritate tua. Non abutimini paternis rebus.

Summe est iucundum, si re potiaris amata.

Exempla: Dicimus tamen, hic potitur amica uel amicæ. Et accusatiuo iunctum reperitur. Priscianus.

Fungar uice cotis acutum. Reddere quę ferrum ualet exors ipsa secandi. Hora. in poëtica.

Philel. in saty. Vt tanta liceat mensura cuilibet uti
Concepisse queat quantum sine mole quietus.

SECVNDA REGVLA.

Omne uerbum significans passionem, post se querit ablatiuum, interueniente præpositione a uel ab, significantem id, à quo notatur accidere huiusmodi passio. Quandoq; tamen uerbum passiuum loco ablatiui habet datiuum. Virgil. 1. Aeneid. Nec cernitur ulli, id est, ab ullo. Item, Non despero probatum iri præceptori, id est, à præceptore.

Tria iugera arantur à bobus.
Discipuli uerberantur à ludimagistro.
Scholastici à me docentur. Aqua calescit ab igne.
Templa desecrantur à Turcis.
Exẽpla: Aeger ab humano solatur.
Iusti opprimuntur à tyrannis.
Poëtæ leguntur à doctis.
Sophismata disputantur à dialecticis.
Res uenales mangonizantur à propolis.
Epistola dictatur à præceptore.

Liberi

Liberi diliguntur â parentibus.
Opus commendatur ab artifice.

Considerandum est alia uerba etiam actiua construi cũ ablatiuo, interueniente præpositione, ut Postulo â te. Audiui â maioribus. Ex te audiui, & huiusmodi.

TERTIA REG.

Verba substantiua regunt sæpius post se ablatiuum uel genitiuum significantem proprietatẽ, uel dispositionem, uel partem suppositio conuenientem.

Hic aleator est corpore macilento, uel macilenti corpis.
Venerei sunt fragilitũ membrorꝝ, uel fragilibus mẽbris.
Exẽpla: Fortis existit animo elato, uel animi elati.
Hic est magna doctrina, uel magnæ doctrinæ.
Tu es mediocris pulchritudinis.
Fœminæ sunt mirabilis naturæ, uel mirabili natura.
Ebrius est infirma memoria.

QVARTA REG.

Verba significantia abundare & indigere uel abstinere, illisq; similia, â tergo ablatiuum petuut. Dicimus tamen careo huius rei, & hac re. Item indigeo panis.

Tu abundas diuitijs. Ille omni uirtute exuberat.
Si careris pecunia, nullus eris.
Vos egetis prudentia, uel prudentiæ.
Quod caret alterna requie durabile non est.
Hęc reparat uires fessaq; membra leuat, Ouidius in epist.
Exẽpla: Iuuenis indiget doctrina, uel doctrinæ.
Abstineas uino & ira.
Fraudulentus uacat iustitia. Dicimus tamẽ: Vaco hac re, Id est, hac re sum uacuus. Vaco huic rei, Id est, operam do huic rei.
Qui studet optatam cursu contingere metam
Abstinuit Venere & Baccho. Hora. in poëtica.
Recreor animi, apud Apuleium 2. de asino legitur. Abstineo ira-

neo iraꝝ. Hora. 1. carm. Sed græcę ſunt hæ conſtructiones ait Lancilo. cum Græci ablto carentes, gto utantur uel dto.

QVINTA REG.

Perſæpe etiam uerbũ compoſitũ poſt ſe caſum quærit, actm uidelicet aut ablatiuum ui præpoſitionis ex qua componit, ut Exeo domum. Id eſt, eo extra domum. Hora in ſermo. Vides ut pallidus omis cœna deſurgat dubia. Eſt autem cœna dubia quæ ita opipare parata eſt, ut quid potiſſimum comedas, neſcias. Non cuiuis homini contingit adire Corinthum. Horatius. Tranſeo urbem, id eſt, per.

DE VERBIS QVAE VLTRA CASVS proprios alios etiam admittunt præter caſus cões.

Eſt regula. Quod uerba actionem ſignificantia, ante ſe ntm agentem petunt, & poſt ſe actm patientem. Quædam tn ultra hos, alios admittunt caſus. Quæ quidẽ uerba grammatici alij in ordines diſtribuerunt, alij in ſpecies, reliqui uero in idiomata. Ego regulas de illis ponere ſtatui, quas pueri memorię commendare poſſint. Et illæ quidem regulæ æque de paſſiuis atcꝫ actiuis intelligendæ ſunt. Ipſa enim paſſiua quocꝫ ultra nominatiuum patientem quem à fronte habent, & ablatiuum mediante præpoſitione a uel ab, quem à tergo petunt alios ſibi adiunguṅt caſus quemadmodum actiua.

PRIMA REG.

Omnia uerba actiua quæ ſignificãt implere uel oppoſitum ultra nominatiuum agentem & accuſatiuũ patientẽ, petũt etiam à tergo genitiuum uel ablatiuũ. Paſſiua uero eoſdem caſus petunt ultra ablatiuũ agentem mediante ꝓpoſitione a uel ab.

Exẽpla:

Expleui me conſuetudinis tuæ, uel conſuetudine tua.
Imple poculum uini uel uino. Græci equum impleuerunt armatorum militum, uel armato milite.
Saturaui me piſcium, uel piſcibus.
Meretrices euacuant marſupium pecuniæ, uel pecunia
Hic literator offerſit animum ſuum ſcientiæ uel ſciẽtia.

Ruſtici

Rustici opplentur ab urbanis aqua & stercore.
Caupo ab hospitibus suis repletus est uini uel uino.

SECVNDA REG.

Verba significãtia laudare uel uituperare, admonere uel accusare uel excusare, si sint actiua, regunt post se ultra accusatiuum patientem genitiuum, significãtem id, in quo fit laudatio uel uituperatio, &c. Si sint passiua, hunc genitiuum regunt ultra ablatiuum, mediante præpositione a uel ab.

Laudamus Ciceronem eloquentiæ.
Probo te uirtutis.
Commendatur ab omnibus. Penelope castitatis.
Vitupero scholasticos insciticæ.
Culpasti me negligentiæ.
Accuso te furti uel furto.
Exẽpla: Clerici accusantur à rusticis auaritię.
Illi te perfidiæ incusant uel perfidia.
Nemo hanc uirginem reprehendit morositatis.
Arguimus uos segniciæ uel segnicia.
Iudex punit hunc adulterij.
Turpe est increpari à quoquam mendacij.
Periurij istum conuici. Admoneo te iusiurandi.
Moneo te officij. Purga te uicij. Excuso te odij.
Scholastici omnium facinorum culpantur à rusticis.

TERTIA REG.

Verba actiua contractũ notantia, hoc est, emptionem, uenditionem, locationẽ, conductionẽ, oppignorationem, aut repignorationẽ, ultra accusatiuum possunt regere hos gtõs quanti tanti, quanticunq;, quantiuis, tantidẽ, pluris, minoris, & similes sine adiuncto substãtiuo. Nam si substantiuũ adiunxeris, in ablatiuo construuntur. Hæc eadẽ autem uerba passiua hos genitiuos regunt ultra ablatiuum mediante prępositione a uel ab.

Quanti librum emisti. Quanti à te emptus est liber.
Res tanti ualet, quanti uendi potest.

Tanti

Tanti tunicam uendidi, quanti eam emi.
Quanticunq; fructus meos uenundederim, dimidiato precio donabo.
Tantidem domum mea locaui, quanti tu tuam.
Pluris hoc anno ædes conduxi, quàm anno superiori.
Pomarium tuum minoris repignorasti q̃ oppignoraueris, Oppignorare, Zastawiti/ Verſetzen. Repignorare, Wyplatiti/ Widerlöſen. Et aduerte, q̃ Pomarium dicitur locus pomis consitus, Zahrada/ Bomgart. Sed Pomerium, Parkan/ ein zwinger. Magis illa iuuant quæ pluris emuntur. Iuuena. ſaty. ii.
Quanti à mercatoribus Tubingenſibus flauus pannus uenditur.

Exẽpla:

Poſſunt tñ prædicta uerba uel eis ſimilia præter dictos alios admittere gtõs, ut Facio te pili uel flocci, Non ęſtimo te unius aſſis, Magni intereſt, Parui refert. Teren. Quãti eſt ſapere &c̃. Prædicta regula intercluduntur omnia uerba, cuius ſignificata pro mercede fieri poſſunt, ut Quanti docet iſte iura ciuilia? Centum florenis ea docet quotannis. Hic ędificat mihi domũ uiginti florenis. Nũcius publicus uadit militarium octo nummis. Mœreo, id eſt, milito. Luca. Aere mœrent paruo.

Dixi in regula, Verba contractum ſignificantia, tũ hos gtõs tanti & quanti, &c̃. ſibi applicare, ſi ſine ſubſtantiuo adiuncto id ſit. Nam ſi ſubſtantiua iungãtur, in ablatiuo debent poni, ut Quanti emiſti codicem, & quanto precio emiſti codicẽ, & nõ quanti precij. Reliquas autem dictiones ſignificantes præciũ, hæc uerba in ablatiuo regunt, ex quinta regula generali ſupra tradita. Exempla.

Emi bouem ſex florenis. Tu uendidiſti ædes tuas quingentis aureis. Magno precio bona tua uendidiſti. Hic ęſtimat enſem ſuũ floreno. Paruo precio pignus redemi. Philelphus florinus ſcribit, & non florenus: quanq̃ neutrum ego probarim: ſed aureus, ſeu nummus aureus potius dixerim. Mercator locauit

cauit domum suam quattuor florenis in singulos annos.

QVARTA REG.

Verbũ do,& q̃ cum ipso in significato conueniunt, possunt post se ultra accusatiuum duos dtõs regere, & nõ ineleganter.

Tunicam tibi dono dedi.
Omnes nobis hæc laudi tribuerunt.
Scelerati flagitium honori sibi ascribunt.
Istud mihi uitio dant. Da filiam huic nuptui.
Do tibi pignori uestem meam.

Exempla: ¶ Hęc eadem uerba in passiua uoce eosdem regunt dtõs ultra abltm̃, mediante prępositione a uel ab,

A patre mihi culpa assignatur.
Ab omnibus tibi uitio datur.
Aethiopes unâ quoniam nigtedine sordent. Ille color nulli uicio datur, Bapt. Mantu. Aeglo. x.

QVINTA REG.

Verba q̃ significãt docere, monere, petere, uestire ul' abscondere, & illis opposita, post se duos actõs regere pñt. Et ferè oĩa hæc uerba, hoc Aldi Manu. comprehenduntur Tetrasticho:

Flagito, posco, peto, doceo, rogo, calceo, cælo,
Exoro, admoneo, moneo, atq; interrogo, cingo,
Induit & uestit, cumq; exuo postulat oro,
Omnibus his quartos poteris coniungere binos.

EXEMPLA.

Doceo uos grammaticam,
Docebo te prauos mores,
Optimos mores uos monui,
Hanc rem uos submonui,
Admoneo te iusiurandum,
Peto te pecuniam,
Vestias te tunicam mundam,
Calcea me ocreas,
Non potes deum aliquod cælare uitium.
Cælasti me hoc facinus,
Duxi uirginem uxorem,
Hic multa me interrogauit,
Eques loricam se induit,
Diuos ueniam oro,
Quid me rogas uel queris,
Iudex rogat assidẽtes sententiã
Hic cinxit se zonam,

Supra-

Supradicta uerba alio mõ construi pñt. Nam exuo, cingo, ueſtio, calceo, induo ultra actĩm ſæpe abltĩm admittũt, ut Induo te tunica, Veſtias te interula, Calceo me tibialibus. Calceare etiam animalium eſt brutorũ. Apud Sueton. legitur, Calceare mulos. Item dicimus: Induo te ueſtem & ueſte, & Induo tibi ueſtem. Prẽterea dicimus, Peto, poſco, poſtulo hanc rem abs te, frequentius, quàm peto te hanc rem: & admoneo te de hac re, ſed frequentius admoneo te huius rei.

SEXTA REG.

Verba quæ ſignificant ornare uel cõtrarium, donare uel priuare uel excellere præter accuſatiuum patientem poſſunt etiam regere ablatiuum.

Exẽpla:
Ornate uos uirtutibus.
Magna dignitatẽ hunc decoraſti.
Maculaſti librum atramento.
Vitijs te contaminaſti. Veſtem pulvere fœdaſti.
Fraudauit me laude.
Hic pulcherrimo munere me donauit.
Centum florenis pater me munerauit.
Omni me pecunia latrones ſpoliauerunt.
Hoc gaudeo tu me priuaſti.
Bonis moribus cunctos antecellis. Excellis me uitijs.
Omnes præſtas pulchritudine.
Nemo te facundia anteit.

Sex regulas poſui de uerbis actionem ſignificãtibus quę ultra nominatiuum agentẽ & actĩm patientem alios etiã ſibi adiungi caſus poſtulant. Eas inquam regulas de uerbis paſſiuis quoq; intelligi uolo, q̃ ultra nominatiuum patientem à fronte ablatiuum agentem à tergo, interueniente præpoſitione a uel ab eoſdem caſus admittunt, quos ſua actiua admittũt ultra accuſatiuum patientem. Caſus enim qui neq; agens eſt neq; patiens in actiuis, non mutatur in paſſiuis. Sed tĩm mutatur caſus agens & patiens, ut Ego ſcripſi tibi literas. In paſſiuo: Literæ ſcriptæ

Solut

157

ſcriptæ ſunt à me. Ego doceo te grammaticam, Tu doceris à me grammaticam Ego ſpolio te ueſte. In paſſiuo, Tu ſpoliaris à me ueſte. Aduerte etiam ꝙ quandoq; paſſiua uerba cum actõ figurate conſtruuntur per ſynecdochen, ut Lędo manũ. Paſcuntur ſyluas. Frangitur pedem. Sanatur oculum.

DE VERBIS ABSOLVTIS

Regula Vnica.

Verba abſoluta poſt ſe nullũ neceſſario caſum exigũt, ſed ſine caſu plerũq; ponunt. Dicta aũt ex eo abſoluta, quia cũ ſolo ntõ abſolutũ, hoc eſt perfectũ ſenſum faciunt. Dicimus tamen figurate, Vado uiam. Exeo hominem, id eſt, morior.

Domus ardet,
Petrus ægrotat,
Hi ludunt,
Meridiauimus,
Exẽpla: Hoſtes occubuerunt,
Hic expirat, Teuto. Er zeucht, id eſt, moritur.
Mare ſpumat, Ego poëtor, Ich mach uerſus.
Omnes moriemur,
Vale, Salue,
Tu dormis,
Equulus hinnit,
Maneas, Sede,
Virgo net,
Perij,
Omnes moriemur,
Iſte iocatur,
Tu ſeneſcis.

Verba actionem ſignificantia, ſępe abſolute ſine caſu ponũtur, ut Quid facis? Lego, amo, & hmõi. Ouid. Sępe alij torpẽt iuuenes ego ſemper amaui. Et ſi quid faciam nunc quoq; queris amo.

DE VERBIS EXEMPTAE

Actionis, Regula unica.

Verba ſignificantia effectus in aëre aut cœlo contingentes aut inde ad nos peruenientes, nullũ ad ſe requirunt caſum, ſed nude pferuntur. Hęc uerba grãmatici exẽptæ actionis uocarunt, eo ꝙ actionẽ notant hoibus ademptam, ſed ſoli, uel deo, uel naturæ poſſibilem. Exempla:

Tonat, Drzyma/Es dondert.
Coruſcat, Bleyſkaſe/Es wetterleucht.

Fulgu-

Fulgurat, Es plitzet.
Grandinat, Kraupi prſſi/Es hagelt.
Nubilat, Mrazi ſe/Es wölcket.
Dieſcit, Denniſe/Es ſcheinet.
Nocteſcit, Veſperaſcit, Sſerzy ſe/Es nachtet.
Luceſcit, Swita/Es taget.
Tenebraſcit, Es duncklet. Diluculaſcit, Es ſchimmert
Tempeſtat, Baurzyſe/Es wittert.
Fulminat, Hrom tepe/Es ſchlecht.
Ningit, Snieh prſſi/Es ſchneyet.

Hæc uerba coniugãtur perinde ac uerba impſonalia actiuę literaturę. Lancil. grãmaticus uult & ea exẽptę actionis uerba eſſe, q̃ brutorꝫ uoces ſignificãt, ut latrat, hinnit, grunnit, coaxat balat, glocitat, barrit, & ſimilia. Sunt tñ ſæpiſſimæ ueris actiuis ſimilia mõ conſtruendi & coniugandi. Poſſunt quoq; p̃dictis uerbis nonnunq; p̃poni nti, qui rerꝫ taliũ effectores ſignificãt, & poſtponi accuſatiui rerꝫ, in quos uenit huiuſmodi effectus.

Deus pluit carnem & ſanguinem. Saga grandinat.
Vt Iuppiter ſerenat aërem. Iuppiter fulminat arbores.
Deus grandinat uites. Multum aquæ pluit.

Hoc pacto certe ſunt actiua, & coniugantur integre. Item in paſſiua uoce quædam ex prædictis reperiuntur, ut Arbores à Ioue fulminantur. Aër à Ioue ſerenatur, & huiuſmodi.

DE VERBIS Aiunt, dicunt, & ſimilibus.

Hæc uerba, aiunt, dicunt, ferunt, ſolet, & huiuſmodi ſæpe ſine caſu nude efferunt. Fere ſimilia ſunt Stat & conſtat, ut Nodum in ſcirpo q̃ris, ut aiunt. Ferunt regẽ Maximilianum arma mouere contra Turcas. Dicunt Mediolani peſtiferꝫ morbum incrudeſcere. Dici ſolet oĩa ſacietate uileſcere. Aiũt ſymoniam in urbe crimẽ nõ eẽ. Illd Virg. Stat caſus renouare oẽs oẽmq; reuerti. per Troiam. Conſtat Iraturam à uiris doctis obſeruari.

DE VERBIS IMPERSONALibus Paſſiuæ uocis. Regula unica.

Verba

Verba impersonalia passiuæ literaturæ, ablatiuo more passiuorum uerborum iunguntur, interueniẽte præpositione a uel ab, & sæpe accusatiuo mediante præpositione. Plerũq; etiam nude & absolute sine casu ponuntur.

Currítur à me, id est, ego curro.

Statur à me, pro eo quod dicitur, tu stas.

Exẽpla: Itur in forum à me. Bellatur in Italia. Concionatur in templo. Legitur in scholis.

Quid agitur? statur, amatur, legitur, & huiusmodi.

Caue, cum barbaris dicas, A me amatur deum. Impersonalia etenim uerba (teste Lancilo.) agentis tantum habent significatum. Ideo errant triuiales, dicentes: A me amatur Deum. A Matthæo legitur Euangelium.

DE VERBIS IMPERSONALIBUS Actiuæ uocis. Regula Prima.

Tria impersonalia uerba actiuæ uocis: Interest, refert, & est, si sumitur pro interest. A fronte omnem habere possunt genitiuum, præter hos sex genitiuos: Mei, tui, sui, nostri, uestri: & cui à dictione cuius, cuia, cuium Sed illorum ablatiuos exigunt, & post se infinitiuum asciscunt.

EXEMPLA.

Scholastici interest diligenter discere. Cuiuslibet hominis inter est honorem suũ tutari. Magistri refert negligentes scholasticos corrigere. Prudẽtis est, nihil temere agere. Adolescentis est maiores natu uereri. Cic. lib. 1. Off. Non est sapientis dicere, cras uiuam. Non est eiusdem tuto emergere, qui se ultro fluctibus immerserit. Phil. Mea interest docere bonos mores simul cum scientia. Tua quod non interest percontare desine. Teren. Tua nihil refert. Sua interest, Vestra refert uigilanter didicisse. Cicero pro Varro. Detur ei cuia interfuit, non ei cui nihil interfuit.

Qua autem ratione interest & refert ante se exigãt hos sex

ablatiuos. Mea,tua,ſua, noſtra, ueſtra, & cuia, & non genitiuos, oſtendit Perottus, ex horum uerborum compoſitione. Intereſt enim ex præpoſitione re nomine, & uerbo eſt conſtitur. Refert autem ex res & fert. Ex hoc claret inepte dici. Mei intereſt,id eſt,in mei re eſt:tui refert,id eſt,tui res fert. Ob id dicendum. Mea intereſt,id eſt, in re mea eſt. Tua refert,id eſt,tua res fert.

Abeant igitur literatores cum ſuis deliramentis, at uerbo eſt præponunt meum,tuum,ſuum,noſtrum,ueſtrum, ut Veſtrum non eſt noſſe tempora & momenta,ſed patris cœleſtis. Tuum eſt prouidere omnia. Aduertẽdum etiam,quòd uerbum perſonale pro pertinet ſumptum,poſt ſe regit genitiuum ut Codex eſt Rudoldhi Hic autem ante ſe,quia impersonale. Intereſt ſignificat interdum præſentem eſſe, ſi cõſtruitur cum datiuo,ut Ego interfui litibus. Interdum differentiam importat,& conſtruitur cum duobus accuſatiuis, mediante inter, ut Inter hominem & beluam hoc intereſt,quòd homo loqui nouit: belua, ſermonis eſt expers. Dicimus quoq; ſapiens intereſt ſtulto & à ſtulto. Terentius: Homini homo quid præſtat ſtulto intelligens quid intereſt. Interdum diſtantiam notat, & conſtruitur cum ablatiuo loci ubi incipit diſtantia, ut Ex Tubinga ad Rotenburgum miliarium intereſt. Item,hinc,illuc intereſt miliarium.

SECVNDA REG.

Sequentia uerba impersonalia actiuæ uocis, ante ſe requirunt datiuum, & poſt infinitiuum, Conducit, competit, conſtat,contingit,conuenit,euenit, expedit,libet, licet, liquet,nocet,obeſt,patet,placet,præſtat,prodeſt,reſtat,ſufficit,uacat.

EXEMPLA.

Vobis conducit diſcere. Tibi competit quottidie portare. Omnibus conſtat amantes perire.
Non cuiuis homini contingit adire Corinthum.
Hora,in epi, Aegro conuenit abſtinere à uentis.

Vobis

Vobis expedit corrigi. Doctis libet discere.
Solœcismum liceat fecisse marito. Iuuena. saty. 6.
Omnibus liquet Philelphum fuisse uirũ disertissimum.
Nulli nocet benefacere. Cui non obest male agere.
Quibus patet te ægrotare.
Nobis præstat scientiæ q̃ morum habere pecuniam,
Gest lype/ Es ist besser.
Mihi placet legere eloquentes.
Nobis restat pandere latinitatem impersonalium uerborum. Tibi sufficiat esse insontem.
Nobis non uacat omnia ad amussim docere, Nemame mista nebo chwile/ Wir haben nit der weil oder stat.
Nec te prætereat eleganter dici. Mihi placet esse bonum uel bono. Tibi accidit esse ægrotum uel ægroto. Nobis licet, euenit, &c̃. interdum esse leues uel leuibus. Non autem latine dicitur; Mihi placet esse bonus, ut Lancilotus ostendit.

TERTIA REG.

Quattuor hæc impersonalia decet, delectat, iuuat, oportet, ante se accusatiuum, à tergo uero infinitiuum postulant, Vt:
Te decet irritare neminem. Me delectat audire facetias.
Nos iuuat ociari. Omnem hominem oportet mori.
Oĩa prius experiri uerbis q̃ armis sapientem decet. Terent.
Hæc uerba latet, fuit, & præterit fere ut dicta cum accusatiuo construuntur, ut Me latet, te, nos, uos fugit. Illum, illos præterit. Id est, nescio, nescis, nescimus.

QVARTA REG.

Sex uerba impersonalia actiuę uocis miseret miserescit, pœnitet, piget, pudet, tedet, à frõte accusatinum significantẽ rem, quam miseret, pœnitet, piget, pudet, à tergo uero genitiuũ uel infinitiuum petunt. ¶ Exempla:
Me miseret humanę conditionis. Te miserescit inopis.
Vos pœnitet erratorum, uel uos pœnitet errasse.
Est enim pœnitere rei futuræ uel præsentis aliquando do-

lore affici. Vnde pœnitere tanti non emo. Demostenes Laidi meretrici respondit. Petenti pro concubitu decem drachmarũ milia. Me piget iniuriarum, uel me piget obiurgari, id est, mihi molestum est. Nos pudeat insciticæ nostræ. Nos pudeat nihil didicisse. Vos tedeat auscultare & utilia audire.

QVINTA REG.

Hæc tria impersonalia, Benefit, malefit, satisfit, abltm̃ agentem cum præpositione a uel ab, & datiuum postulant. Et sunt hæc ipsa semper impersonalia. Non licet enim dicere: Benefio, malefio, uel satisfio, ut A deo optimo maximo mihi benefit. Tibi ab amico malefit. Vobis à me satisfactum est.

Sine ablatiuo sæpe in orationem ueniunt, ut Mihi benefiet, si uita comite euasero. Tibi malefactum est, quòd pecuniam amisisti. Nulli auaro satisfit unquam.
Reperies & id in cæteris impersonalibus uerbis, quòd sine casu in oratione ponuntur.

SEXTA REG.

Sequentia uerba impersonalium infinitiuis iuncta, impersonalia dicuntur, & eorum constructum exigunt, Cœpit, debet, desinit, incipit, potest & solet.

¶ Exempla.

Te debet pœnitere male actorum. Mihi desinit placere improbitas. Vos incipit tædere auscultationis. Auferre aliena fures aliquando desinet iuuare. Lectionis solet tædere pueros. Tibi solet benefieri ab omnibus. Multos non potest pœnitere peccatorum. Cœpit me tedere uitæ. Discere incipit placere mihi. Scribere solet nocere oculis. A te non potest satisfieri mihi. Addunt aliqui grammatistæ ad dicta uerba uult, quod tamen inter impersonalia nunquam est numerandum, teste Lanciloto atq; Manutio.

Iam dicta uerba infinitiuis personalium iuncta personalia manent, ut Vos debetis seruare fidem. Tu desinis esse barbarus. Hic incipit se emendare.

De Infi-

DE INFINITI MODI LATI-

nitate. Prima Regula.

Infinita uerborum personalium, tam actiuæ quàm passiuæ literaturæ, ante se accusatiuum, post se uero casum uerbi sui requirunt.

EXEMPLA.

Exẽpla:

Video omnes homines studere uanis & inutilibus rebus.

Audio uniuersam urbem laborare pestifero morbo.

Vides cauponem repleuisse te uino.

Te præstare talem cura, qualem cupias te haberi ab omnibus.

Me amari â doctis mihi est gratissimum.

Discipulos castigari â præceptoribus, non est tam necessarium quàm utilissimum.

Gaudemus amicos nostros frui optatis.

Animaduerto omnem hominem moriturum esse.

Credo sententiam meam probatum iri tibi uel â te.

SECVNDA REG.

Infinita uerborum substãtiuorum, uocatiuorum, & eorum naturam habentium, eundem casum â tergo & â fronte postulant, ¶ Exempla:

Discipulus uult esse magister.

Rusticus cupit esse nobilis.

Sperabam me fore gratum.

Mihi licet esse pio, & mihi licet esse pium, sed non pius.

Ego credo me fuisse fidelem.

Tu non debes esse auarus.

Te euadere peritum lætor.

Te incedere superbum doleo.

Nemo uiuere pauper cupit.

Nullus litigare inuitus cogitur.

Tibi placet euasisse docto, si dixeris doctum, intellige te, ut

Tibi placet te euasisse doctum.

At in illis orationibus. Tu incipis mihi esse mitis. Hic desinit mihi esse liberalis. Mihi cum adiectiuis nominibus & non infinitis construitur. Si uero infinitum esse unico hæret casui, accusatiuus sit ille, ut Philosophum esse prodest. Bonum esse cõducit. Poëtam esse non nocet. At si legitur. Doctus esse cupio Honestus esse uolo, intelligitur pronomen ego.

TERTIA REG.

Infinita uerborum impersonalium utrinq; suorum uerborum casus exigunt.

EXEMPLA.

Mihi accidisse studere literis gaudeo.

Gaudent parentes filijs suis placuisse legere & discere.

Lætor germanum meum delectare poëticam audire disciplinam.

Doleo discipulos meos non pœnitere pigritiæ & inertiæ.

Mea interesse docere iuuentutem gaudeo. Volo à te scribi.

Credo te itum iri Romam & seruitum iri Pontifici maximo.

Inter infinita impersonalium & uerborum passiuorum hoc interest, quòd infinitis impersonalium nihil pati significamus, ut Amari à me uolo, id est, ego uolo amare. A te incipit legi, id est, tu incipis legere. Hic enim nulla res est patiens. In infinitis uero passiuorum aliquid pati ostendimus, ut Volo te amari à me, id est, uolo quòd tu ameris à me. Nec hoc uolo te lateat. Sæpe infinitum loco nominatiui uerbo supponi, ut apud Persium: Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. Item amicorum idem nolle atque uelle. Bibere uinum obest oculis. Comedere reficit stomachum, & huiusmodi orationes reperies sæpe.

Illud quoq; non prætereundum censeo. Infinitum aliquando pro præterito imperfecto indicatiui poni, unde Terenti in Andria: Omnes omnia bona dicere & laudare fortunas meas, id est, dicebant & laudabant. Rursus idem in Eunucho: Inuidere

uidere mihi mordere clanculum ego floccipendere. Pro inuidebant, mordebant, & floccipendebam: & hoc pacto nominatiuum ante se habet infinitum.

Hoc item uos scire uolo, quòd nonnunquam nominibus adiectiuis infinitum applicatur, ut Aptus doceri. Nescius misereſcere. Dignus amari. Cupidus uidere. Indocilis pauperiem pati, Horatius.

DE GERVNDIIS, ET eorum constructione.

Certarunt hactenus non modo literatores & grammatiſtę, ſed & grammatici diſſentiebant in locādis gerundijs inter orationis partes, quorum opinationes conſulto & non ab re prætereo. Inter omnes autem Lancilot. recte iuſteq; ſenſiſſe iudico, qui gerundia eſſe nomina reſpondit: eademq; omnia genera omnesq; caſus præter quintum habere rationibus & argumentis oſtendit ac probat inexpugnatis.

Eſt enim gerundium pars orationis declinabilis (credo neminem inficias ire) & ſine tempore, uel non per modum temporis: ergo nec uerba nec participia eſſe poſſunt. Rurſus, gerundia non ſunt pronomina, ut eſt in confeſſo, ergo ſunt nomina. Nemo huic argumētationi reſpondebit. Nec obſtat, quòd dicunt literatores gerundia nec ſubſtantiam, nec qualitatem ſignificare: reſpondeant arguti grammatici, utrum horum ſignificent nullus, omnis, & ſimilia nomina. An ignorāt qualitatem apud grammaticum accipi pro omni, quod adiacet ſubſtantiuo. Nec itē deinde obſtat, q dicunt nomina eſſe non poſſe, ſed uerba, quia conſtruuntur cum caſibus ſuoꝝ uerborꝝ. Nihil facit hæc argumentatio, cum idipſum participijs conueniat, non tñ ſunt uerba. Sunt ergo gerundia noīa, etiam non obſtante q hñt ſignificationē uerbalē, cum eandem habeant, amator, doctor, & alia noīa uerbalia. Cætera argumenta ludimagiſtrorꝝ refellit Lancilot, At nos oīa ea miſſa faciamus, ſatis ſit puero

gerundijs latine & eleganter posse uti. Abscedatq; uana ista altercatio quæ nihil habet utilitatis. Lancilotus participium & gerundium ita differre scribit. Participium circumscribit significationes actionis uel passionis cum relatiuo uel aduerbio dum, ratione temporis, ut Amandus, id est, qui amabitur. Incusante Cicerone, id est, dum incusaret Cicero. Gerundium uero sine relatiuo & tempore, ut Veni legendi gratia, id est, ut legam. Habenda est ratio, id est, oportet habere rationem. Legendus est Virgilius, id est, oportet legere Virgilium. In cæteris sunt gerundia participijs similia, & declinantur perinde atq; participia. Vocatiuo tamen carent ut dixi.

Præterea differentia est inter nomina è participijs uenientia & gerundia. Nam ea nomina semper passiuæ accipiuntur, semper adiectiua sunt, & tertio per nomen præpositum exponuntur, ut Laudandus Cicero mihi placet, id est, dignus laudari. Venerandus, id est, dignus uenerari. At gerundia per uerbum exponuntur, ut diximus.

Notandum est quoq;, quòd soleo, fio, eiusq; composita, ut Calefio & similia penitus non habent gerundia, supina tamen habent. Sum utroq; deficit.

DE SYNTAXI GERVNdiorum. Prima Regula.

Gerundia ante se casum non quærunt, post se uero suorum uerborum casus postulant.

Miserendum est tui. Nocendum est nemini.
Legendum est poëtam. Non est replendum uino.
Vtendum est libris.
Accedo mensam causa uescendi pane.
Legendo doctos, doctus efficieris.

SEVNDA REG.

Quanquam gerundium post se uerbi sui casus regat, multo tamen uenustius gerundium & casus sequens eadem terminatione

tione, hoc est, eodem genere, casu, numeroq; proferuntur.

¶DE Nominatiuo.

Moriendum est omnibus, id est, oportet mori. Cice.
Legendus est Virgilius scholasticis.
Audiēda est doctorum lectio si uolumus discere, id est, oportet audire. Cicero ad Varro.
Tempori seruiendum est, id est, oportet seruire.
Plin. Græcis utendum erit uocabulis, id est, oportet uti.

Sunt his locis legendus, audienda, seruiēdum, utendum, gerundia nominatiui casus, & uerborum supposita. Non sunt enim participia nec nomina ex participijs facta, ut patet in expositione orationum. Possem pluribus Poētarum & Oratorū exemplis ostendere gerundia habere nominatiuum, qui inficias iuerit testes citet testiumue examen à Lancilo, postulet.

¶DE Genitiuo.

Studendi iuris caussa, Baldum Bartholumq; lego.
Discendę eloquentiæ gratia poētas audio.
Legendorū uoluminum caussa bibliothecam ingredior.
Amandorum discipulorum potius quàm ostentandi ingenij caussa hæc collegi præcepta & has regulas.

Congruenter tamen gerundium genitiui casus singularis numeri iungitur aliquando cum genitiuo plurali. Plautus: Nominandi tibi istorum magis quàm eundi copia. Cicero: Dolebas etiam Stoicos nostros Epicureis irridendi sui facultatem dedisse. Liuius: Non enim uereor, ne quis hoc meo uestri adhortandi caussa magnifice loqui existimet. Vestri hic pluralis numeri est.

¶DE Datiuo.

Vaco agro colendo.
Do operam legendo libro.
Vaco uineæ pastinandæ.
Vaco nemori succidendo.

In plurali una uox est trium generum.

Vaco agris,uineis,nemoribus procurandis.

¶DE Accusatiuo.

Vado ad salutandum fratrem,ad salutandam sororem.
Eo ad audiendos sermones prudentum.
Vado ad discendas orationes elegantes.
Eo ad uidenda spectacula.

¶DE Ablatiuo.

Fit iniuria fundi domino uel defringendo ramo uel ligno incidendo,Id est,cum defringitur ramus, cum inciditur lignum.
In committendo prælio plures interierunt.
De predio emendo locuti sumus.

TERTIA REG.

Gerundia genitiui casus construuntur illis substantiuis causa,copia,facultas,gratia,locus,potestas, tempus, & tempus significantibus, ut Hora, dies, plærisque alijs. Item cum quibusdam adiectiuis,ut Peritus,doctus,consuetus, promptus & huiusmodi.

Aduenio causa docendi. Hic non est locus narrandi.
Nunc est tempus discendi. Modo est hora legendi.
Hora.in poëtica.
Pictoribus atq; poëtis.
Exẽpla: Quidlibet audendi semper fuit æqualis potestas.
Idem:
Quæ lædunt oculos festinas demere,si quod
Est animum,differs curandi tempus in annum.
Adulescens cupidus est uidendi puellas.
Lupus est auidus comedendi.

Hic est timidus bellandi. Possumus & pro gerundijs infinitum addere adiectiuis,ut Doctus,peritus, promptus, consuetus cantandi & cantare.

QVARTA REG.

Gerundia casus accusandi, iunguntur frequenter cum ad, raro

raro cum in. Item frequenter cum ob, propter, & inter, raro cum ante.

Curro ad capiendum hostem, & in capiẽdum hostem.
Ego ueni ob uel propter redimendum te.
Vt: Inter cœnandum sæpe contendimus de moribus.
Nanq; ante donandum lugentes tollant animos.

At in sequentibus orationibus gerundia nominatiui sunt casus & uerbis supposita. Iuuenalis: Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Pythago. Tam diu tacendum est, quàm diu bene loqui didiceris.

QVINTA REG.

Gerundia ablatiui casus, iunguntur cum præpositionibus, In, de, ex, pro, e, a, uel ab, cum in frequenter, cum cæteris rarius. Persæpe autem uerbo sine præpositione applicantur, ut in nauigando, de edendo, de migrando, de agendo. Cicero ad Atticum: Tu quid cogites de transeundo in Epyrum, scire sane uelim, ex defendendo quàm ex accusando uberior gloria comparatur a uel ab. Cicero: Ex quo ardescit siue amor siue amicitia, utrunq; enim dictum est ab amando. Pro conficiendis literis, tota die laborauí.

Ego docendo disco, id est, cum doceo.
Codex ille legendo placet, id est, dum legitur.
Vrit uidendo fœmina, id est, dum uidetur. Virgil.

Exẽpla: Anima sedendo & quiescendo fit prudens, Id est, cum sedeat & quiescit

Qui reipublicæ gubernationem suscipiunt, facultatem in audiendo, humanitatem in agendo, & promptitudinem in satisfaciendo seruare debent.

Memoria excolendo sicut alia omnia augetur, id est, dum excolitur.

DE SVPINORVM Latinitate.

Supinorum duæ sunt terminationes. Prior in um, altera in u tem

in u terminatur,ut uenatum uenatu. In um plerumque actiua est.In u uero passiua,& uocantur â grammaticis supina,uerba participialia.

PRIMA REG.

In um supinum ante se casus non querit,sed à tergo sui uerbi casum ascisçit. Eandemq; significationem habet, quam gerundium in dum cum præpositione ad, & ferè nunquam sine uerbo significante motum ad locum effertur,ut Eo,uenio,curro auditum orationem poëtæ. Mitto ad uos oratum. Misertum tui aduenio. Nocitum tibi propero. Eo spectatum currere equos.

Ouidius de art.

Spectatum ueniunt,ueniunt spectentur ut ipsæ.

SECVNDA REG.

Supinum in u,adiectiuis adhærere solet, ut Est facile dictu, sed difficile factu,hoc est,ut dicatur,ut fiat.

Sum extra noxam,sed non est facile excusatu.
Fabulæ iucundæ sunt auditu,id est,ut audiantur.
Hoc est difficile intellectu.
Res est mirabilis uisu.
Amatorium poculum est difficile decoctu.
Amatoria epistola est iucunda auditu.

Ouid.lib. primo de Pon.

Turpe quidem dictu,sed si modo uera fatemur.
Vulgus amicitias utilitate probat.

Cicero in Offic.

Difficile dictu est quantopere conciliet animos, comitas affabilitasq; sermonis.

Philelph. in saty.

Optima factu ætas scire uetat tenereq; in pectore uires

Secunda uox supini etiam uerbo de loco iungi potest,ut Aldus Manutius & Lancilotus docent. Stati. 1. Achillei. Quem nunc uenatu rediturum in limine primo audierat. Cato in re rustica:

rustica: Primus cubitu resurgat, postremus cubitum eat.

Hę sunt obsequentissimi discipuli regulę de uerbis, quas uobis citra ocium collegi, eas uigilanter legitote oro. Nec arbitramini me conatum fuisse omnium uerborꝫ latinitatem & constructionem hoc breui libello comprehendere, quod si uoluissem, me profecto labore, & uos tædio confecissem. A me autem prætermissa abunde apud Perottum, Mancinel. Ald. Manuti, Lancilot. & cæteros grammaticos reperieris.

DE PARTICIPIORVM SYNtaxi. Prima Regula.

Participium, â tergo eosdem petit casus, quos uerbū à quo nascitur, dum tamen uerbi significationem retinuerit.

Comedens auidus haud dissimilis est lupo.
Obliuiscens beneficiorum ingratus merito nuncupabitur.
Dantem mihi pecuniam, magnifice excipio.
Exẽpla: Omnia scientem uidi neminem.
Repletus uino discere potest nihil.
Carens equo uadere pedes cogitur.
Malo uirum carentem pecunia, quàm pecunia carentem uiro, inquit Themistocles.

Diximus in regula, dum tamen uerbi significationem retinuerit. Non enim dicimus, Osculans Catharinam, & osculans à Catharina, ut dicimus: Osculor te, & a te. Eo q̃ osculans non utrancꝫ significationem retinet, sed actiuam tantum.

SECVNDA REG.

Sæpe participium ponitur absolute in ablatiuo casu, & plęrumqꝫ hoc pacto. Oratio optatiua & coniunctiua, præcedente aliqua harum dictionum, Cum, dum, quando, si, quia postquam, quancꝫ, & huiusmodi, mutatur in duos ablatiuos absolute positos, quorum unus est à nominatiuo suppositi, alter à participio uerbi appositi.

Exem-

EXEMPLA.

Docente magistro, fac diligẽter aduertas, hoc est, dum magister docet.

Agris tuis sitientibus, alieni irrigandi non sunt.

Intellecta caussa morbi facile ægrotus curatur. i. postq̃ caussa intellecta est.

Nolente discipulo discere, frustra docet magister, id est, si non uult discere.

Mortuo homine anima uiuit, id est, quanquam homo sit mortuus, &c̃.

Actore non probante, reus debet absolui.

Abbate apponente tesseras, monachi ludunt.

Ouidius:

Successore nouo, tollitur omnis amans.

Contingit quoq; sæpe ablatiuos aliarum partium absolute poni, præsertim, si qua fuerit in eis temporis significatio, ait Augus. Datus, ut:

Scipione consule Pœni deuicti sunt.

Maximiliano imperatore Bohemi prostrati sunt.

Me doctore hæc didicistis.

Ioanne impulsore hoc facinus ægisti.

Vita comite fortassis euasero.

Deo duce prospere redibo.

LIBER QVARTVS ET VLTIMVS, DE LATINITATE PARTIVM INDECLINABILIVM.

VENERABILI VIRO GEORgio Herman, Augustensi Canonico, ecclesiæ collegiatæ diui Mauricij, domino & amico suo præcipue amando, Iacobus Henrichmannus, S. P. D.



VID Aliud pro humanitate & liberalitate erga me tua tibi referam, præter ingenij mei munuscula, habeo nihil. Tibi ergo pro munere do & dedico lucubratiunculam hanc meam exilem & paruam in grammatica: non ut tu eisdem meis præceptis utaris, quę ipse iamdudum pedibus (ut dicitur) in tritis conculcasti & contriuisti, sed ut ea tuo ex fratre nepoti cæteriscq; adolescẽtibus, quos tecum in gymnasium nostrum adduxisti tradas, quos scio ęque ac teipsum amas, illis credo futura sunt præcepta non incongrua. Tu igitur munus amici tui lubenti suscipias animo. Nam si maius habuisset, maius dedisset. Dabitq;, si aliquando per fortunam licuerit. Tibi enim certo persuadere potes nihil esse, quod tua causa unquam præterfugere possim, aut aliqua ex parte recusare: quia me tibi charissimum esse, iam expertum & exploratum habeo. Tibi itaque omnibus rebus gratificari, & morem gerere studebo semper. Quod si minus cognouero quæ tibi uel grata uel iucunda esse possint fac sciam, & talem inuenies qualem me p̃dico & profiteor, hoc est, integrum diligentem & fidum amatorem tuum. Non enim fallam tuam de me opinionem. Vale humanissime uir amicorum dilectissime, & me commendatum habe. Tubingæ ex contubernio philosophico, octauo kalendas Apriles, Anno M. D. VI.

De lati-

DE CONSTRVCTIO.

DE LATINITATE ADuerbiorum. Reg. Prima.

Aduerbium in oratione ſtat iuxta uerbum ad declarandam eius ſignificationem, quæ declaratio ſeu determinatio tot modis fit, quot ſunt ſignificationes in aduerbio, quæ ſupra patuerunt.

Hodie benefacias, cras forſan morieris. Bibe prior.
Obiter quædam dicam de aduerbijs. Ingenue profiteor. Plautus:
Male partum, male diſperit.
Iuuenal, ſaty. tertia:
Exẽpla: Difficile eſt longum ſubito deponere amorem
Haud facile emergunt, quorum uirtutibus obſtat
Res anguſta domi.
Horatius in epiſtolis:
Qui non eſt hodie, cras minus aptus erit.
Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem
Teſta diu.
Bapt. Mantua. Aeglo. x.
Si qua placent abeunt, inimica tenatius hærent.

SECVNDA REG.

Aduerbia demonſtrandi conſtruuntur cum nominatiuo uel accuſatiuo, quos caſus habẽt à tergo. Eandem habet naturam aduerbium uocandi o, quod præter hos caſus etiam cum uocatiuo conſtrui ſolet.

Vt: Ecce homo, Eccum magiſtrum, O cœlũ, O terra,
Ecce uirum, Ellam uxorem, O uirũ audacem
En Priamus, Eccum fratrem O chariſſimi filij
En q̃ttuor aras, O deus, O dilecte frater.

TERTIA REG.

Peraq; aduerbia temporis, à tergo habent genitiuum tempus notantem. Plura item aduerbia loci poſt ſe genitiuum habent locorum, terrarum, uel gentium.

Interea

Interea temporis quid feceris rogo.
Pridie illius diei hæc acta sunt.
Vt Tunc temporis omnia secunda erant.
Nusquam gentium reperio probum.
Vbicp terrarum ueneratur doctus.
Vbicp itineris opus est pecunia.

QVARTA REG.

Aduerbium obuiam datiuo adhæret, ut Hic oportune mihi fit obuiam.

QVINTA REG.

Aduerbia comparatiui gradus post se querunt ablatiuum sicuti comparatiua nomina, Vt

Artifex expertus operatur certius non experto.
Equus currit uelocius homine, & huiusmodi.

SEXTA REG.

Propria nomina locorum, singularia & simplicia, primi uel secundi ordinis, si applicentur uerbo uel participio, nullum motum significante, in genitiuo locentur pro aduerbijs in loco.

Fui Basileæ anno superiori.
Comedi Vlmæ bonos pisces.
Non sum Romæ sed Tubingæ.
Datæ sunt literæ Bononiæ.
Exẽpla: Codex ille scriptus est Aquisgrani.
Friburgi agunt multi scholastici.
Bisantij sunt & Christicolæ & Turcæ.
Rex sanciuit hoc Coloniæ.
Ticini inueniuntur ditissimi ciues.

At si fuerint tertiæ declinationis uel pluralia tantum cuiusuis declinationis iuncta uerbis non notantibus motũ uel participijs, ponuntur in ablatiuo pro aduerbijs in loco.

Annum egi Neapoli. Non sum Athenis.
Vt: Philelphus septem annos Constantinopoli græcis literis studuit. Fui Carthagine Didici Venetijs.

SEPTIMA REG.

Propria nomina locorum cuiuscunq; declinatus & numeri fuerint, cum uerbo aut participio motum ad locum notante constructa, in accusatiuo ponantur pro aduerbijs ad locum, ut Vado Romam. Eo Vlmam. Iui Athenas. Pergo Imolam. Proficiscor Patauium. Ibimus Priuernum.

OCTAVA REG.

Propria locorum cuiusuis declinationis & numeri, iuncta uel uerbo uel participio, motum de loco uel per locum notante in ablatiuo ponuntur pro aduerbijs de loco uel per locum, ut Exeo Roma. Transeo Ancone. Transiui Rauenna. Venio Vlma, & huiusmodi.

Ait tamen Mancinellus, potius hic præpositionem addendam esse, ut Per tarentum transeo. Per Mediolanum iui.

Consimilem ferè construendi modum habent cum prædictis hæc quinq; appellatiua, Rus, domus, militia, humus & belli. Humus autem non, nisi in genitiuo pro aduerbio in loco & ablatiuo pro aduerbio de loco ponitur. Sto humi. Sum stratus humi. Procumbit humi. Surgit humi. Serpo humi. Belli tantum pro aduerbio in loco ponitur.

Hora, in epistolis.

Me primis urbis belli placuisse domiq;.

Non enim dicitur Venio bello. Transeo bello. Vado bellum.

Militiæ item in genitiuo tantum ponitur pro aduerbio in loco, secundum Aldum Manutium, ut Fui militiæ. De alijs duabus dictionibus, rus & domus, sunt exempla frequentia. Sum domi, Vado domum, ago rure, eo rus, & in rus. Rus tamen magis ponitur in datiuo quàm genitiuo pro aduerbio in loco. Terentius: Ruri se continebat. Addunt alij uesperi, sed hoc aduerbium est. Nomina uero prouinciarum, flumi num, montium, & hominum, & appellatiua locorum uerbis iunguntur, statum significantibus, uel motum ad locum, de loco, uel per locum, interueniente præpositione, ut Fui in Sicilia.

Vado

Vado in Græciam, In templum, Ad Petrum, & huiusmodi. Nisi forte construantur cum uerbo peto, quod prępositionem non admittit, ut Peto Italiam, Templum, & similia uerba, ut concedo. ¶ De præpositionum constructione diximus in declaratione eiusdem partis.

DE CONIVNCTIONIS LA tinitate.

Coniunctio copulatiua & disiunctiua coniungit semper similes casus. Accidit autem hoc sæpe aliter, cum casus quos coniungunt, à dictione reguntur quæ diuersos ascisçit casus.

Item quando non reguntur ab eadem dictione, ut Hector fuit robustus & excellentis fortitudinis. Liber hic meus est & fratris.

Exempla regulæ sunt hæc & similia.

Hora. in carmi.

Puluis & umbra sumus.

Matrimonium, est uiri & mulieris coniunctio.

Petrum & Paulum honoramus.

Diis, parẽtibus, & p̃ceptoribus non reddit̃ ęquiualens.

Deus & natura nihil faciunt frustra.

Omnis monachus uel angelus uel diabolus.

Crapula morbos generat pessimos uel grauissimos.

Solues debitum uel creditori uel hæredi.

Iuuenalis saty. 6.

Quid enim Venus ebria curat.

Inguinis & capitis quæ sint discrimina nescit.

Ouidius:

Non bene cum socijs regna Venusq; manent.

Idem:

Nox & amor uinumq; nihil moderabile suadent.

Reliquæ coniunctiones in orationem ueniunt sine certa regula.

DE CONSTRVCTIO. DE INTERIECTIONVM Constructione.

¶Hei datiuo adhæret. Virgil. Hei mihi qualis erat.
Hei accusatiuo. Virg. Heu stirpem inuisam.
Inueniuntur tamen hei & heu nominatiuo iuncta.
Virgil.
Hei pietas heu prisca fides.
Vę datiuo iungitur, Martialis:
Carpere causidicus fertur mea carmina qui sit
Nescio, si sciero uę tibi causidice.
Proh & hem accusatiuo iunguntur. Cæteræ interijciuntur partibus orationis secundum mentis affectionem absq; regula.

CARMEN IACOBI HENRIC.

Ad Ioannem Hiltebrant Suecingensem contra ignauos grammatistas.

Me studiumq; meum spernunt pigri atq; maligni
Barbarici, studia sed sua quæq; probant.
Grammatici esse uolunt, nisi commentaria Galli
Nil sapiunt, uatum carmina nulla sciunt
Grammatici belli sunt, est ut musca uolucris
Vates qui spernunt, carmina nec sapiunt.
Doctorum præcepta colunt ut prodigus æra
Amittunt etenim quod tenuere prius
Ars horum liceat sit pleno infecta ueneno
At uino mixtam sic sine peste bibam.
Quodq; sciunt dudum pedibus triuisse iuuabit
Hoc etenim sciui dum puer ipse fui.
Sciui dum placuit mihi picto equitare bacillo
At uanum sperno, & nunc meliora peto.

FINIS.

ALPHABETVM GRAECVM.

¶ Literę apud Græcos sunt quattuor & uiginti, quarum figuræ nominaq; hoc modo notantur.

Α	α	ἄλφα	Alpha	A a
Β	β	βῆτα	Vita	B b
Γ	γ	γάμμα	Gamma	G g
Δ	δ	δέλτα	Delta	D d
Ε	ε	ἐψιλόν	Epsilon	E e
Ζ	ζ	ζῆτα	Zita	Z z
Η	η	ἦτα	Ita	E longum
Θ	θ	θῆτα	Thita	th
Ι	ι	ἰῶτα	Iota	I i
Κ	κ	κάππα	Cappa	K k
Λ	λ	λάμβδα	Lambda	L l
Μ	μ	μῦ	My	M m
Ν	ν	νῦ	Gni	N n
Ξ	ξ	ξῖ	Xi	X x
Ο	ο	ὄμικρόν	Omicron	O paruum
Π	π	πῖ	Pi	P p
Ρ	ρ	ῥῶ	Rho	R
Σ	σ ς	σῖγμα	Sigma	S s
Τ	τ	ταῦ	Taf	T t
Υ	υ	ὖψιλόν	Ypsilon	Y y
Φ	φ	φῖ	Phi	ph
Χ	χ	χῖ	Chi	ch
Ψ	ψ	ψῖ	Psi	ps
Ω	ω	ὦμέγα	Mega	O magnum.

¶ De diuisione literarum Græcarum.

Diuiduntur hę quattuor & uiginti literę in Vocales & consonantes. Vocales sunt septem.

α ε η ι ο υ ω

Diuiduntur ſeptem uocales in ſemper longas, ſemper breues & communes

Vocales ſemper longæ ſunt duæ.

η ω

Vocales ſemper breues ſunt duæ.

ε ο

Vocales communes ſunt tres.

α υ ι

¶DE Diphthongis.

Diphthongi proprię ſunt ſex.

αι αυ ει ευ οι ου

e, af, i, ef, i, u,

Diphthongi impropriæ item ſex.

ᾳ ῃ ῳ υι ωυ ηυ

Conſonantes ſunt decem & ſeptem.

β γ δ ζ θ κ λ μ ν ξ π ρ σ τ φ χ ϝ

Semiuocales octo.

ζ ξ ψ λ μ ν ρ ϝ

Semiuocales duplices ſunt tres.

ζ ξ ψ

Immutabiles quattuor.

λ μ ν ρ

Mutæ nouem.

β γ δ κ π τ ο φ ξ

Mutæ tenues, κ π τ

Mutæ mediæ, γ β δ

Aſpiratæ mutæ, θ φ χ

Quæ tantam habent inter ſe cognationem, ut tenuis ſæpe tranſeat in ſuam aſpiratam & mediam. Item aſpirata in tenuem mediamq; Rurſus media in tenuẽ atq; aſpiratam. Quod facile patet exemplis, κ tranſit in ſuam aſpiratam χ in fine dictionis ſequente uocali aſpirata, ut οὐχ οὗτος ἐστὶ pro οὐκ ἔστιν οὗτως. Primum οὐχ habet χ, quia ſupra eſt aſpiratio. Secundum uero κ, quia ſequitur ε cum tenui, Sic ἐφίππια compoſitum ex ἐπὶ & ἵππος, π tranſit in φ & ε,

Phocy

PHOCYLIDES.

Πρῶτα θεὸν τίμα μετέπειτα δὲ σεῖο γενῆας
Primum deum cole, deinde autem tuos parentes.
Πᾶσιν δίκαια νέμειν μήδ' ἐκρίσιν ἐς χάριν ἕλκειν.
Omnibus iusta tribue, neq; iudicium ad gratiam trahe.

IDEM.

Μήτε γαμακλοπέειν ἄρσενα κύπριν ὀρίνειν
Neq; nuptias furare, neq; in masculum Venerem excita.
Οὐ καλὸν ἁρμονίην ἀναλύειν ἀνθρώποιο
Non bonum compagem resoluere hominis.
Καὶ τάχα δ' ἐκ γαίης ἐλπίζομεν ἐς φάος ἐλθεῖν
Et celeriter autem ex terra speramus in lucem uenire.
Λείψανα κοιμηθέντων ὀπίσω δὲ θεοὶ θελέθονται
Reliquiæ defunctorum postea uero dei sunt.
Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν καὶ πάντες ἐσ αὐτήν
Corpus enim ex terra habemus & omnes ad ipsam.
Πλούτου μὴ φείδου μέμνησο ὅτι θνητὸς ὑπάρχεις
Diuitijs ne parcas, memento quòd mortalis es.
Οὐκ ἐς ἄδην ὄλβον ἔχειν καὶ χρήματ' ἄγεσθαι
Non licet apud Plutonem diuitias habere
Λυόμενα κόνις ἐσμὲν ἄπο δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται
Soluti puluis sumus, aër uero iterum spiritum assumpsit.

DEO GRATIA.

SVM POSESOR HVIVS

LIBER IACOBVS GRO

DZICZK

ANNO DOM

1575



BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ

ARS VERSIFICANDI ET CARMINVM CONdendorum, cum quantitatibus syllabarum, Henrici Bebelij Iustingensis poëtæ laureati.

¶ Hæc omnia denuo emendata sunt diligentissime, per authorem ipsum, cum additione nouissima, plus quàm ducentarum dictionum, maxime græcarum, quæ in usu sunt apud latinos poëtas, Ex Tubinga, pridie kalen. Iulias. An. M. D. XII.

HEXASTICHON IO. HYPHANtici Vuissenhorensis, in absolutissimam traditionem uersificandi artis Bebelij.

Qui cupit egregiam condendi carminis artem,
Qualis præterito tempore nulla fuit.
Hanc emat, à uitijs quam nuper lima polliuit,
Et noua subiecit plura, remissa prius.
Quicquid in hanc per multa uolumina cuncti
Scripserunt, breuiter continet iste liber.

¶ Dictiones græcę quas habet opusculũ insertas, cum elegantissimis characteribus & apicibus, accentiunculis, siue uocum moderamentis, quæ in alijs impressionibus non reperies.

ALEXANDRI Brassicani.

Qui uolet humanas mentes deuincere cantu
Alter ut Amphion Bistoniusq́ senex,
Hunc legat eximium tenera breuitate libellum.
ἡδὲα τῆς κλεινοῦς Δῶρα δὲ συγγένος.

HENRICVS BEBEL.

Ad Lectorem.

HAbes hic Lector quantitates syllabarũ, multis in locis correctas, immutatas, & auctas, quarum tantũ est pelagus, ut nemo hactenus (etiã Sulpitius Verula, Paulus Pompilius, & Nestor Dionysius, qui oĩm diligentissime de his scripserunt) satis cõmode & perfecte scripserit: quorum q̃titates & me deniq; ipm nõ uno in loco auxi & correxi, ut prioribus meis libris (ut etiam cõmentarijs lingnæ latinæ) non tuto in oĩbus credere possis, nec erubesco hoc confiteri: Nam, ut eleganter dicit Quintilianus, frustra plus opere studio impenderetur, nisi liceret meliora primis inuenire, nec hoc sine exemplo facio: Id enim ante me Augustinus Hippocrates medicorum princeps, Sosigenes mathematicus, Iulius Pollux, Dionysius rhetor, multiq; alij fecerunt, qui sua errata correxerunt nouis editionibus. Proinde sileat quidam uetulus, qui pro eo q̃ in coniunctione quamuis erraui in ultima syllaba, uult me carpere: Nam illum errorem ante duos annos emendaui, ut libri impressi testantur. Duo autẽ sunt, quæ quantitates multum & in primis difficiles reddunt, meq;, & quemuis alium facile errare faciunt. Primum, q̃ multa carmina poetarum alij aliter legunt, quisq; pro suo captu interpretantes, aut potius diuinantes. Interdum secundo, q̃ multas syllabas apud Græcos longas poẽtæ latini corripiunt, & ècontrario, unde facile error nascitur. Tu Vale, Ex Tubinga, die Mauricij, Anno M. D. XI.

GRAMMATICI QVIBVS usi sumus in isto Libello.

Priscianus, Diomedes, Martianus, Felix Capella, Terentianus, Seruius, Sergius, Beda, Probus Victorinus Fortunatianus, Acron, Porphirion.

Recentiores.

Dulpitius, Paulus Pompilius, Nestor. Maturantius, Aldus Manutius Romanus, Laurentius Coruinus Nouoforensis.

Ex Oratoribus etiam.

Præceptis Ciceronis & Quintiliani sumus non in uno loco usi.

Iterum

ITERVM BEBELIVS
Ad Lectorem.

HAbes Lector optime, de quantitate syllabarꝝ, & condendis carminibus libellū: quem, si diligenter introspicere & pellegere uoleris, inuenies me tibi plurimū consuluisse. Non enim credo quenq̄ ante me, exactius & perfectius tradidisse artem illam, si non adeo, ut omnia comprehenderim, neq̄ enim quisq̄ satis certas regulas omnibus uocabulis tradere potest: Dum non omnia in carmen hactenus transierint, & latina solo exemplo & autoritate constent, græca infinita sint, nec aliquo paruo uolumine comprehendi possunt. Hinc tibi & cuilibet dabitur ex diligenti poëtarum & græcorꝝ lectione addere & augere regulas. Mihi sufficiat ea græca magna ex parte conquisiuisse, quæ sunt apud latinos poëtas celebrata. Nec enim uellem græca uocabula saltem crebro inserere meis carminibus, nisi quæ essent ab alijs ante scriptoribus latinitati donata. Et facile mediocriter græcæ linguæ literatus, possis eius quantitates ex literis perpetuæ quibusdam longis, quibusdam breuibus dijudicare.

Admonendum quoq̄ te uellem, optime lector, hic interdum propter maiorem cautionem, etiam posuisse me, ad regulas speciales, quę generalibus continentur. Item quæ diphthongo, & interdum positione longabantur, præsertim illorum nominum syllabas, quorum uera scriptura adhuc multis in dubium uocatur, & grecorum quæ non omnibus nota sunt: q̄ si interdum (uti est imbecillitas hominum) sum lapsus, non me pigebit, ut utar uerbis Prisciani, dum uiuo, & hęc quęcunq̄ scripsero, uel mea diligentia, uti amicorum monitu, uel inuidorum uituperatione, si iusta fuerit, emendare. Sed ille ingratus est, qui in uno alterove errore, mihi ueniam denegabit. Nam ego omnes illos, quos unquam legi, de hac re, possem ostendere interdum errasse, & alios in multis. Nolo tamen eorum erroribus insultare, quorum bene dictis sum in multis adiutus. Tu ita facias, & compenses bene dicta cum erroribus, & minus in aliorum debacchaberis. Vale.

DE HEBRAICORVM NOMInum quantitate, Bebelij iudicium.

Hebraicarꝝ dictionum quantitates, quantum potui, sparsim oñdi, sed non nisi quantū ad græcam declinationē & accentū sunt receptę.

Hebraica enim indeclinabilia sunt,& quomodo pronunciẽtur,penitus ignoro: nos autem pronunciationem earum ex Græcis mutuamus. Barbara enim dum transeunt in grẽcorum declinationem:eorẽ etiam accentum suscipiunt & induunt. Nam,ut alij tradunt, ubi Hebrei dicunt Miriam,elihu,ieremihu,isahu,mesiah,iahacob uel iaacof: ibi Græci dicũt,Maria,elias,ieremias,hesaias,messias. Et ubi Hebrei iesuah,Græci Iesus.In commentarijs meis,circa finem, de accẽtuum hebraicarum dictionum,erratum est in nomine iehudim, quod non Iesus,sed Iudeorum interpretatur.

PRima syllaba ea est,quæ est in principio dictionis plurium syllabarum.Et dicitur plurium syllabarum: quia in monosyllabis,ut mons,ultima dicitur.Media syllaba dicitur omnis ea, quæ inter primam & ultimam syllabam ponitur. Vltima,quæ in fine dictionis ponitur.

DE PRIMA SYLLABA.

Primæ syllabæ quantitas octo modis dinoscitur:

Positione
Diphthongo,
Præpositione,
Compositione,
Vocali ante uocalem.
Deriuatione.
Regula.
Exemplo.

DE POSITIONE.

Positio fit tribus modis.Primo,Qñ uocalẽ sequuntur duę aut plures consonantes,ut Iustus,doctus,carmen. Secundo fit positio,geminata cosonante,sequẽte uocali,ut Pannus,crassus.Est enim geminata consonans,una bis posita,ut nn,ss,pp: massicus,mappa. Tertio,si duplex una consonans uocalẽ sequitur,positio fit, ut Axis,rex, saxum,maior.Est enim duplex consonans,x,z,& i,posita inter duas uocales. Scias quoq; positionem in omnibus syllabis habere locũ, tam primis q̃ medijs,q̃ etiam ultimis,ut puls. Et ubicunq; positio,est syllaba longa.Et si in eadem dictione post mutam sequitur l & r,quę liquidæ sunt,& qñq; m aut n præcedens uocalis, si natura fuerit breuis,communis efficitur,hoc est indifferẽs. Dicitur autem uocalis indifferens,cum ad placitum potest corripi aut produci,ut Atlas,tenebræ.Et si in dictione mutam sequitur l uel r,si præcedens uocalis natura fuerit longa,corripi non potest,ut aratrum,lauacrum.Cum uero in diuersis dictionibus una desinat inconsonantẽ,& alia in una,duabus pluribusve incipiat:positio etiam fit,ut discat,statum.Si dictio

post

post uocalem breuem finalem ab una duplici consonante incipit, nō est positio, ut equiuoca Xerxes nemorosa hiacyntgos. Ita dicit Martianus Capella. Cæterum proximi sermonis consonantes nihil adiuuant præcedentem. Virg. Ponite spes sibi quisq; suas. Et Horatius: Linquimus insani ridētes pmia scribę. Sed q interdū legis apud Virgili. Drymoq; xantoq; Lygeaq; Phyllodoceq;. Et illud: Euriq;, Zephyriq; tument. Et apud Ouid. Syderaq;, uentiq; nocēt. Et alibi. Sarculaq; rastriq; graues. Apud Virgil. Aestusq; pluuiasq;. Et alibi: Liminaq; laurusq; dei. Ad illa exempla dicas, Grecam hanc esse positionē, in hocq; nos imitari Grecos, qui hoc impune fecerūt. Recentibus aūt ab hac positione cauendum esse existimo. Aliqui etiam hanc positionem cesura semiquinaria catalectica excusare uolunt. Seruius autem ita excusat hoc carmen, Liminaq; laurusq;. Item breuis pro longa posita est, Defenditur aūt, uel quia monosyllaba ad artem nō pertinent, & his licenter uti possumus: aut certe, omne μορίον. i. particula, quæ sui substantiam non habet, membrū putatur superioris orationis. Sed & id fecisse potuit Virgilius, græcos imitatus, apud qs linquentes etiam aliqñ inueniuntur antecedentem breuem producere: sicut Homerus Heloria & melos primam produxit. Illa uero positio apud solum Terentianum (qd ego memini) reperta, ad solam grecorum imitationem, nobis nullo mō est imitanda, qualis est, Quisq; scire cupit, aut quisq; scribere curat. Et hæc: Ante Stesichorum uatē natura creauit & hæc. Vñ scissa coma est, aut unde spissa corona. N aliqñ liquescit: & m in græcis tantummō dictionibus. De N Flaccus in tertio: Veloq; procnesson. Et Silus in octauo, Ecce inter primos thoramneo à sanguine clausi. Et Martialis, Delectat Marullum, si pernicios us ichneumon. Idem: Quæ capta est alio nuda lacena cygno. M, autem in græcis apud latinos uix legitur liquida, nisi forte in tecmessa apud Hora. lib. 2. Forma captiue dominiū tecmesse: ubi prima breuis est. Idem dicunt de aritmos, ego exemplū nondum habeo. Et d interdum liquescit. Mar. in 5. Sardonicas smaragdos adamantes aspides uno. Hæ liquidæ nobis non sunt usurpandæ.

DE DIPHTHONGO.

Vbicunq; est diphthongus, ibi syllaba longa est, in latinis dictionibus, nisi sequatur uocalis: exemplum est audio. At etiam in græcis di-

phthongus semper prod. & si uocalis sequatur, ut æacus, æagrius. Exempla de latinis, ubi uocalis sequitur, præesse, præire, præustus.

DE PRAEPOSITIONE.

Præpositio tanta est in compositione, quanta est extra compositionem, ut ediſco. Ad, ab, ſub, ob, in, cis, per, clam, am, con, cum compositis: cum iacio, positione producuntur, ut Abiicio, ſubiicio, aliter corripiuntur, niſi positio aliqua interueniat.

¶ De Compositis à Iacio.

Communiter composita à iacio triſyllaba communia ſunt, ut reiicit. Plurium uero quàm trium ſyllabarũ producuntur. Harum cõpoſita, de, præ, e, a, ſe, ut Præpono, ubiq; producuntur, niſi uocalis ſequatur, quoniam tunc corripiuntur, ut dealbo, deauro. Virg. Freniſq; ad uerſa prehenſis. Et idem: His nuda dehiſcens. Equidem corripitur di huius compoſita præter dirimo & diſertus producuntur. Et nota, q̃ in diſertus altero s, quæ in diſſero eſt, ſubtrahitur. Dis, huius compoſita græca, ut dilemma corripiuntur. Re, ubiq; breuis eſt, præterquam in refert, ſi diſtare uel utile eſſe ſignificat, quia fit à res nomine.

Reperio		Repperi	reperi.
Refero	habet in præterito	Rettuli	uel retuli.
Repello		Reppuli	repuli.

Hæc tria præterita, ſi ſcribuntur ſimplex p, t, corripiuntur. Si uero per duplex pp, tt, producuntur. Rellatus item Lucretius producit ratione poſitionis, cum alioqui breuietur relatus. Idem fallit in quibuſdam aliis uerbis, Redduco produc. Reduco corr. Recidere. Lucreti. in. 5. & Ouidius in 6. Metamorpho. producunt, ratione poſitionis, contra naturam. Re, in reiicio, indifferens eſt. Virgilius: Reiiciunt palmas. Idem: Tityre paſcentes à flumine reiice capellas. Statius corr. Tela manu reiecit.

De quibus uerbis & compoſitis iacio, talem dat regulam Seruius. Indifferenter ſunt, cum triſyllabum faciunt, ut Adicit, obicit, inicit, producuntur tantummodo, cum tetraſyllaba ex ſe reddunt, ut Adiicio, obiicio, iniicio.

Hoc ita intelligendum eſt, quando composita cum iacio breuiantur, abiiciendum eſt unum i, ut obicit, cum duplici producuntur, ut obiicit.

Pro.

	Propero,	Profanus,	Procio,	
	Propello,	Propulso,	Propago,	Lucre.cor.
	Proficiscor,	Profundum,	Profugus,	
Pro,ubiq;	Profectus,	Procuro,	Profugio,	
producitur,	Profiteor,	Pronepos,	Profatus,	quæ corr.
præter in	Profundus,	Procella,	Propheta,	
	Proteruus,	Propontis,	Prologus,	
	Profecto,	Propertius,	Profusus,	Profari.

Et secundum Gellium lib.2.Profundere,profugere, & profestū corrip.Exempla tamen nondum inueni.Procuro,profunde,proficiscor, profugio,ponuntur ad placitum.Propino,ponitur ad placitum. Videntur tamen multa ex illis potius à procul deriuata. Aliqua etiã grẽca,& uenientia à græca,prẽpositione pro,quæ producitur,producuntur,ut Prometheus,prolepsis,prosodia,sicut & aliæ p̃positiones græce,ut infra dicetur.Breuiatur pro,sequenti uocali, ut prohibeo.

¶ De Compositione.

Nulla syllaba cõpositiõe dinoscit, nisi sit penultima, aut inter duas media,ut si pono cũ prẽ cõponat,dicimus, p̃pono,pe.p. Adamo,pe.cor Et syllaba,q̃ penultima nõ est,fieri tñ pot;etiã cõpositiõe cernit, ut dicẽdo,fortunaq; uel fortunatꝰ,ibi tu,nõ cognoscit,sed ultimã deponẽdo syll.dicẽdo Fortuna,tu producit. Vñ cõposita ex simplicibꝰ & ediuerso cognoscunt. ¶ Regula gñalis. Dictio tanta est in cõpositione,q̃ta est extra compositionẽ.Ā bis,& bi,cõposita,corripiuntur,nisi positio sequatur,ut Bipertita Attñ bigebimus, binus producuntur.

¶ De Vocali ante uocalem.

Vocalis ante uocalem,in latinis,semper breuis est,ut Deus. Præterfio fis,in quo prod.nisi sequatur,ut fierẽ fieri, quia nunc corri. Fidei,e ante i.Lucre.producit autoritate,ut credo ueteꝛ,præter consuetudinẽ,eius carmen est in u. Nec iacere indumamus uia qua munita fidei.In genitiuis,nominum in ius,habentium: ponit ad placitũ, ut Vnius,nullius.Sed alius semper prod. ad differentiã ntĩ. Alterius semper corr.nisi forsan apud Teren.qui etiam produxit Aer,diuus,aum,græca producuntur.In græcis itaq; secus est,quia sẽpe uocalis añ aliam producit,ut Troes,de quibus infra. Barbaræ dictiones pleruncq; uocalẽ añ aliã breuiant,ut Aaron,Noes,Caiphas,Naim,Cain.

Deme

Deme tamen quando mediat inter uocales, quia tunc positio fit, ut Isaías, ut dicit Pompílius. Ego autem dico in Hesaías i esse uocalem, sicut in alijs græcis, nunc̄ consonans est, imo accentus est super i, nã ita scribitur, Ἡσαΐας. Quod & si non sint græca, induunt tñ declinationem, & accentum græcum, unde græca iudicantur. Nilominus tamen poetæ latini sæpe in dictionibus græcis, i consonantem faciunt, ut in nomine Iason, & in alijs multis. Id autem ex autoritate sumptũ, non debet ad regulas trahi. Aliqui h adiuncta, producunt, ut Abrahamus, & bene. Prudentius item producit Abraham, Sion, Cain, Raab, Baal, Iob disyllabum. Et Sedulius Noe primam produ. Produxit quoc̄ Grego. Nazianzenus, qui sic scribit Νῶε per ω. Maria cor. sem per apud eruditos. Iesus trium syllabarum, i corr. in prima, duas alias produ. Ioannes, o longa est, quia ω, & quadrisyllabum est, i breuiatur in prima Michaël, Raphaël, Israël, a produ. Ahe, ohe cões hñt syllabas.

¶ De Deriuatione.

Quãta est prima primitiui, tanta est deriuatiui, ut Munere munus & hoc est uerꝫ literatura seruata. Religio, reliquiæ, ibo, bobus, nõ seruant regulam, quia nec literaturam. De præteritis uero ac supinis intellígi uolumus hanc regulam, quia de his infra dicemus. Excipiuntur plura, quę ibi non recitamus, uide Sulpitium & Pompilium.

¶ De Regula.

Omne præteritum disyllabum, primam producit, ut Legi, uidi. Excipiũtur Fidi a findo, scidi à scindo, bibi à bibo, dedi à do, steti à sto tuli à fero, quoniam illa primam corripiunt.

Habentia uocalem ante uocalẽ, ut Frui, rui. Omne ptm̄ primã geminans, eandem corripit, ut Momordi, spopondi, peperi, & nullũ demitur. Cæterorum ptorum tanta est prima quanta pñtis. Excipe genui, posui, potui, coẽgi, quæ primam breuem hñt, licet à longis præsentibus ueniant. Catul. p̃ter morem alioꝫ iuui primam cor. Nõ ita medius uera gemunt iuuerint. Et Ouidi. emi. Quod tibi donaui perfide littus emi. Alij emo legunt.

¶ De Supinis.

Omne supinum disyllabum, primam producit, ut Lusum.

Excipe, Itum, Quitum, Citum — Ab Eo. Queo. Cieo, id est, uoco.

Situm

Situm Sino.
Excipe Litum Ab Lino breuiant primam.
Datum Do
Statum Sto. Staturus producit primam.

Sed ambitus mobile, produ. Excitus, concitus, accitus, penult. prod. à cio cis citum. A cieo contra corr. Papinius lib. 4. Thebai.

Excitus & longa pridem indignantia pacem.

Satum Sero
Excipe Rutum A Ruo
Notum Nosco, si o in i mutat, in cõpositiõe, ut agnitum, cognitum, quia tunc secundam corripit.

In alijs supinis tanta est prima, quanta est præsentis indicatiui.

¶ De temporibus à præterito formatis.

Quanta est prima præteriti, tãta est ab eo formatorũ, scilicet, Ram sem, rim, ro, se. Et quanta est prima præsentis, tanta est à præsenti uenientium, nisi sequatur positio, aut uarietur literatura.

DE EXEMPLO.

Exemplis prima cognoscitur, si prolongant poetæ, & quanta in eis inuenitur syllaba, tanta donatur. Nihil autem plus proderit, quàm illustrium poetarum exemplis uti, sine quorum autoritate & exemplis & imitatione, nemo speret se unq; aliquid egregium editurum.

¶ De propriorum quantitate.

Propria nomina, non ponuntur ad placitum, sed regulas appellatiuorum sequuntur, nisi autoritas poetarum interueniat, quę autoritas si producit, producantur: si corripit, corripiantur, & græca & latina.

Primis, sunt ad placitum.
Barbara, in Medijs, usum sequuntur eruditorũ, & iudicium aurium.
Vltimis, subiacent regulis.

Hæc intellige, nisi poetę alicuius autoritas, aut positio, aut alia regula generalis ad certam coerceat quantitatem. Et hęc de generalibus regulis sufficiant.

¶ Sequuntur Regulæ speciales, in primis syllabis.

A ANTE B.

A ante b corripitur, ut Labellum, dabam, scaber, labefacio.
Excipe cabro, alij scabro, stabã, fabor fabula fabella, flabra, stabã,

 stabo,

ſtabo,tabes tabo tabidus,labor laberis labilis labes,nabam nabo nabilis,pabulum,ſcabidus,tabi. Et uerbalia in abilis, ut fabilis. Præter ſtabilis & habilis Sabatia,ſtagna produ. Silius,& quædã propria, ut Nabis,Sabus ſabura. Abel ponitur indifferens apud Eccleſiaſticos. Strabo à quibuſdã corr. Hora Non faſtidiſſe ſtrabonẽ. Fabellũ,prima cor.apud Ouid.lib.3.triſt. Quos faciunt noſtra mota fabella manu. Si bñ legiť,apud alios prod.ideo eſt indifferens. Grabbatum uel grabbatus,primã cor.ſecundã prod.apud latinos. Virgi.in Moreto: Membra leuat ſenſim uili demiſſa grabbato. E contrario,græci primam poſitione producunt,& ſic ſcribunt,κράββατος grabbatus.

A ANTE C.

A ante c corri.ut acerbus,aconitũ. Dache populi, aliį dace, aliį dahe legunt,de qua re alibi latius diſputabo. Dache item apud Curtiũ, populi ſunt in Aſia. Produc.acer,id eſt,fortis. Acis fluuius. Dacus,facundus facundia,graculus,glacina,machina,trachyn, macero, quod Priſcianus etiam corr.maceries. Thracia thraces,uacinia,cacabo,gracito,racipalis. Produc.ante a habentia b & p, ut Braca brace,brachium,pace,placo,paco. Pacuuius.

Excipe ab exceptione hæc,quoniã corripiuntur,licet habeant o uel p,ante a. Paciſcor,placet,baculus,βάχυς: compoſita, ut tribrachus ſpacio ſpacium. Pacorus rex. Achillas, Cacus,pachynum, uacillo,primæ indifferentes ſunt. Macero,à quibuſdam corripitur,ſed minus receptis. Præſtat trinacriį metas luſtrare pachyni. Virg.in 3.

E quibus imbriferos uerſus Pachynus ad auſtros Meta.12.
Cacus auentinæ timor atq; infamia ſyluæ. Faſto. 1.
Hic cacus horrendũ tyberino gurgite monſtrũ. Metamor. 9
Cacus & alcydes ſic ait ite boues. Proper. li 4.

Cacabus producit Statius lib. 4. ſyluarum: Alborum calicum atque caccaborum. Sic enim duplici cc ſcribendo,producunt.

A ANTE D.

A ante d corripitur,ut Vadum,Quadro,& eius compoſita. Producuntur clades,gades,uado, gadianus. Fadus proprium apud Virgilium. Gadir,gadilon,Ladon fluuius,rado,uadis, radico, radix, ſuadeo,ladas,ſpadix,trado,caduceum. Caduſius populus,apud Priſcian. traduco,gradiuus eſt indifferens.

Gradi

Gradiuus quantas populus ſpoliauerit urbes. Stati. in 3. the.
Gradiuumq; patre geticis qui præſidet aruis. æneid.3.
Inclyta amazonidum magnoq; exorta gradiuo. Bal.in 4
Et genus in magno ducentem forte gradiuo. Meta.

Adon, pręter morem aliorum produxit Martia. Felix Capel. Adam corr. apud Auſonium: Deceptum miſeratus Adam quam capta uenenis. Produ. ſæpe pro. & Sedul. Gregorius Nazianze. cor. Adam.

Ὥσπερ ἀδὰμ τὸ πρότεχος καὶ πτώσιος ἀχρὴν.
ὅλον τὸν ἀδὰμ παγενῆ πηπτοκότα. Damaſ. produ.

A ANTE F.

A ante f, ut Vafer, corr. Produ. aũt Afer, Africa, Apher propriũ.

A ANTE G.

A ante g. corr. ut Ago, ſagum, magus, ſagina. Produ. Agalma, agea, dago, magalia, ſaga ſagus, drages, ſagio, ſtragula, tragula, tragœdia à trago, pro comedo, tagitia, bragada, uagio, lagon, lagopus, uagina, mago, ſagana, pago, tago, ut patet ex compoſitis, compages, contagio. Habentia a ante f & p, ut Flagitium, uagus, fragra, flagitio, pagus, paganus, pagina, plaga, id eſt, uulnus, pro alijs ſignificatis cor. Ecce hæc, quamuis habeant f uel p, ante a, flagellum, fragor fragilis. Plaga, ꝓ regiõe, uel ꝓ rete. Corri. Pagala, fragrare & flagrare. Prod. Lagus nomen regis ægypti. Luca. in 10. cor. & Agis producitur, nomen regis Lacedemoniorum. Virg Et lycius proceſſerit agis.

A ANTE L.

A ante l corr. ut Alumnus, ſalebre, palam: quam ſolus Martia Capella produxit, Producuntur Ala ales, alecto, alea, alitus, alipes, halo halas Alia uel allia, pro fluuio: alij ad placitum ponunt Saluſtius, q̃d Marcianus Capella duplici ll ſcribi iuſſit, balo baleno, palus, id eſt, baculus, qualis quales, ſcalę, talus talaris, baliſta, phalene, uel apud alios phallene, balanns, caligo. Dalila, halec, mala, maxilla, malum. i. pomũ malus, id eſt, arbor, palo palantes, qualus, laliſus. Salentum oppidum. Calatia oppidum: alij dicunt Collatia: alij Galatia. Produc caledius, caliſco, laletana. Allum genus herbæ produc. ſi modo duplici ll ſcribitur, ut Probo placet, alioqui poſitione producitur. Alea ciuitas, corripitur. Caliroe, nomen meretricis producitur apud Perſium, alij autẽ callirohe dicunt, ut poſitione longa ſit, & melius, καλλιροὴ enim

græce scribitur. Alife oppidum Campaniæ, producitur apud Silium, si bene legitur, in 8. sic: Alife & clanio contemptæ semper acertæ. Tales, ponitur ad placitum apud Sidonium. Malos ciuitas prod. unde Priscia. Lyrnessus molosq; simul uicina profundo. Palatium Calo, onis, cõem habet. Haud timeam magni dixisse palatia cœli, Metamorpho. Quam tanta fuit cadere, ut palatia cernas. Silius in 12.
An noua contentis surgant palatia flammis. Statius pri. syl.
Atq; ibi: Nauali stant sacra palatia Phœbo. Propert. lib. 4.

A ANTE M.

A ante m, ut Stramen, stamen producitur. Corripiuutur amica, amo, amicio, amenus, chlamys, camers, sama, damus, lames, fames cũ compositis: lamius, damascus, damasippus, samos, fame, tamos tñ. Corripe item mimas, mons. Ouid. li. 4. meta. Et tandem niuibus rhodope caritura minasq;. Omnia polysyllaba, ut amycle. Prẽter amitto, amentum, flamea, lamina, flaminius, lamentor, dameta, manurius, q̃ producunt primam. Hamus indifferens est, tutius produ. Mamilla corr. licet à mamma ueniat. Amen quidam producunt, quidam corr. Ausonius produxit, damon & dama produ. similiter mamercus, flaminius, amianus. Mamertinus lamius primam produc. & si ab alijs latmius dicatur, sicut Endymion dictus est mons Ionię. Sarmate primam positione producit: uerum ut docet Eustathius, poetæ græci quandoq; dixerunt samate, corripiuntq; primam.

A ANTE N.

A ante n, corripitur, ut canis cano, canalis, anethum, danae.

Produc. Anus, p podice. Annulus, Caneo, Danubi⁹, Lanuuiũ urbs Mãno, Lanugo, Granum, Canidia, Panos panis, Nanus, Phanum, Ganea, Ganeo, Gani, Canicies, Canabis, Rana, Mane, Manes, Manis, Ianua, Trano, Sanus, Anippe, Ianus Caneus, Manius, Lana, Vanesco, Phanus, Planus, sed Planus pro scurra corripitur. Anellus, Manilius, Vanus.

Manes indifferens. Ausonius canon corr. hic demũ excessit grammaticos canonas. Ausonius Pruden. p̃ter morẽ alior; ganea primã corr.

A ANTE P.

A ante p corripitur, ut Apud, caput, Daphne, pape, capra, capreolus.

Prodũ.

Aphica, Aper, Apulus, Apianus, Apenin⁹, Papilius, Apis bos, Crapula, Cappadocia, Mappa, Lapa, Sapis fluui⁹, Sapo, Papilio, Vapulo, Papus, Papas, Saperda, Nabus, Papa Papinius, Rapa, Rapinus, Sapphirus, Vaperra. i. scurra. Produ.

Apluſtria Cice. in Arato primam cor. Sili. produxit. Capetus ponitur ad placitum. Ouid. in 4. Epyrus ex illo, poſt hunc capetusq; capisq;. Idem in 4. Faſto Et tutus eſt idem capere factus anus. Apulia primam habet indifferentem, ſecundã productam ſemper, ut uolunt; econtrario apulus primam produ. & ſecundã corr. Victorinus tñ ponit talem regulam, Vt Qualis eſt prima ſyll. in aliquo nomine prouinciali, eadẽ ſit natura in iſta prouincia. Lapathos primã corri. Lapathes Serenus primã prod. Papius propriũ prod. apud Auſo.

A ANTE Q.

A ante q corripitur, ut Aquila. Produ. quanq; & quaq; uerſus.

A ANTE R.

A ante r corripitur, ut Haruſpex, ariſta, hara, pro ſtabulo porcorũ. Carya nomen Dianę, apud Claudia. cor. Produ. area areo aridus, ara pro altari, aruncus, pilus, caprinus; arunca, aruns, barium baria baris, charus, carus, carolus, caria, ſara uel ſarra, clarus, clareo, carex, rarus, uarus, rareſco, ſtare, flare, faris, glarea, gnarus, arene. Areta proprium latronia, uarillus, taraco, caria. Carinas proprium, harum: larex, larus, larius, larinates, lariſſa: narix, uarix, uarica: phareus, narea, naritus, naret, nares: pareo: quare, quarum. Phariſia ſecundum Priſcia. produc. Continue poſt hos ſequitur phariſia tellus. Alij pharnuſia legunt. Arabia, arabicus cõem habent. Aliqui ibi talem ponunt regulam. Nomina prouinciarum, incipientia ab unica uocali, primã ſylla. more antiquo, cõem habent, ut hic, & in nomine Apulia: ſuperius item in Aſia prouincia. Ouidi. primã prod. lib. 12. Ecquid ubi aſiacas arſuras aſpicis urbes: ſi ita bñ legit, ſed Darius uel dareus apud magis receptos producit: licet aliqui corripuerint. Smaragdus ponit ad placitum.

A ANTE S.

A ante s corripitur, ut Aſia pro prouincia, maſſeſelij, baſiliſcus. Producunt aſia pro palude, Aſis aſidis aſopus, baſium, caſus, caſeus, naſidienus. Paſiphæ. Caſellius proprium. Maſſylia, quam græci corripiunt, & unico ſ ſcribunt; naſus naſo, phaſis, naſica, caſiope, laſerpi-

tium,rasus rasilis,suasit sason,uasa,mnasilius,iasius,thrasymachus,uasidius apud Silium.

A ANTE T.

A ante t,corripitur,ut Latro,uerbum & nomen,quater, catus,solers,spata.Produ.ater,atramentum,atrium,atella,atellana, atina,blatta,blatio,ablax,brathea,bracteola,cattus animal,cata auis, crater,clater,squatina piscis,pratum,quatenus,quatinus natus,crates,sclataria Cathyllus propriũ,clarus,flatus,satur,fatum fatus,frater, gratus grates gratia gratis gratulor,latus adiectiuum,laterna,scaturio,stratum, statim à sto staturus.Saturnus,lato latũ tu,latus latona latois λητώις latoidos & latoius λητώιος laturus,quod Virg.in cyri,corripit, maturo maturus,mater,matula,matrix,matuta,matertera, matutinus,materia materies.Matheus,natura,natalis,saturtius,uatienus. Statiꝰ,scatinus,uates uaticanus uaticinor. Vatinessa urbs apud Martialem, & matinissa.Quatuor,ut uult Aldus,reglr corripit,&simplici t scribi debet,quod quater probat,uerꝫ poetæ producunt,& duplici tt scribũt. Stat m à stando produ.alter à statuo,mox significat & breuiatur. Bhatero,catholicus,cratis fluuius,patria,communem habent.

Huc lycus,huc sagaris,peneusq; hyparisq; crathisq;
Cratis & hic sybaris uestris conterimus oris. Metamor. 15.

Crates philosophus cor.sed Catholicus natura corr.autoritate tñ Sidonij,& ecclesiasticorum poetarꝫ,& propter tot breues se inuicẽ cõsequentes etiam produci potest.Batina urbs Apuliç produ.apd' Hora.alij bantina legunt.Fatigo corr. Sed Silius lib. 8. produxit: Fatigant lustra aut caudinis faucibus hærent Si saltem bene legitur apd' Petrum Marsum.Ego autem legerem: Lustra fatigant aut caudinis faucibus hærent.Sed passim legitur Sil.ut primo dixi.

Atys propriũ prod.sed quidã corr. pro filio Cresi, ut dicunt. Atys tñ proprium apud Ouid lib.5.Meta.corr.dum non sit filius Cresi.

A ANTE V.

A ante u,corripitur,ut Auis,lauerna.

Clauis,Claua,Clauus,Dauus,Dauid,Dauidicus,Flauus,
Flaueo,Flauius.Gauisus, Gnauus, Lauina, Mauis, Ma-
Produc. uult,Mauors,Nauis Nauigo, Nauita,Auius,auia,auium
Nauo,nauus,Pauo,Prauo,Prauus,Suauis, Auidienus.

Haben

Habentia mutam ante l, ut Clauus, flauus. Lauinium indifferens.

A ANTE Z.

A ante z semper producitur, ut Gaza, Lazarus.

E ANTE B.

E ante b, corr. ut Hebręus, Februarius, Febris, Hebrus, Zebedęus Creber, Crebro, Crebreco, Debilis, Debeo, Debitum, Debilito, Lebetus fluuius, Glebo, Ebrius, Eboſita, Fleba, Flebilis, Prod. Gleba, Hebudes Nebam, Nebo, Nebris, Oebalia, Oebalus, Plebes, Phebus equus rhebas ebaſtis, Plebiſcitū, Thebe, Phœbeo, Phœbus, Phœbas, Rebus, Rebar, Sebum, Sebetus, Trebula, Bebrycia, Bebius.

Produ. Cebes, hebe, bebe, Βοὴν, bebias. Debe populi, prod. hebesus, in 9. Virg.

E ANTE C.

E ante c, corripitur, ut Secus, echenis, echenus.

Produ. Cęcus, cęco, fœcundo, echo, fœcundus, græcia græcus, lecythus, mœchus mœchor. Mecenas, p̄co, pręconium, pręces, pręcordia p̄cipuus, ſtechades, ſpecula à ſpe, ſeculū, fecas fecis, echalia echalis, eclidos eclus, mecum, œconomus, paretia, phecaſij, ſecurus, ſecius ſęcum uecors, theacum compoſitis. Cedicus proprium, & Cecilia, καικιλία.

E ANTE D.

E ante d, ut Sedeo, cedrus, pedianus, pedes, corripitur.

Producuntur, cedo ceſſi, cædo di, credo, dedo deditus. Dædalus, edo, œdipus, æditus, ædes, ædituus, edilis, edictum, ſedabile, ſeda, hœdus, fœdus, ædipionius, fedo, lædo lęda, medęa. Media regio, medus, prædo pręs dis, prędium prędītus, ædipodionius, ſedes, tędet, prędor pręda, pedor, leda λήδα, pedes, unde pediculi, pedico, cedicus, rheda, ſedulus, ſedatus ſeditio. Sedentani populi, ſedo ſedas, tedia teda, educo, edon, hedimeles, ſedulitas, ledoria. Medicus medica à Media regione & medica herba, producuntur.

Edetania regio & edetanus Silli. produc. Edetana cohors quam ſacro rigentibus undis: ubi deprauata ſedentana uulgo legi, tradit Hermolaus. Producitur Nedymnus: apud Ouidium enim ſic ſcribitur, νήδυμνος. Sedilia corripi. Horatius: Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu. Licet ſedet produc. Produ. Phædimus proprium apud Statium in ſext. Hedulius etiam corrip. Manilius:

Incipi-

Incipient hœduli tremulum producere mentum. Licet diphthongo melius producatur.

E ANTE F

E ante f,corri. Aduerte cõpoſita. Et refert pro intereſt, prod. Nefandus corr. nefarius producit. Proper. Neſcia nefarijs accubuiſſe nouis.

E ANTE G.

E ante g corr. ut Lego is ere, Rego is. Produ. Phegegius φεγγίτος: apud Ouid. lib. 9. metamor. & phegegius in 9. Virg. Produ. Degentia fluuius apud Hora. Produ. dego, æger, ęgroto, ęgyptus, egregius, egeus, egon, Gregorius, egis dis, egoceros, ægle, ægloga, ęgena, egipſus. Ege oppidum & inſula, egates, lego as, leges, pegaſus, regia regina, phlegeus, rhegiũ, reges, regulus, regitulus, regale, regaliolus auis, regula, tegula, egeria, egiſthus.

E ANTE I.

E ante i producitur, ut Peior.

E ANTE L.

E ante l in diſyllabis producitur, ut Chele, uelum: & deriuata, belis βελίς belos βελός. In polyſyllabis corr. ut Gelima, leleges, ſelibra, & melager, melanthus, melicertes.

A prima parte regulæ, Chelis, celer, gelu. Gela urbs, helix, lelex, melos, ut as, am, meles melo, ſcelus, telon, uelunt, uelim, helops, pelos, celox cor, zeles apud Flaccum, & heles apud Statium.

A ſecunda parte regulæ, Belua, deliciæ, delicatus, delibutus, deliquias, ſpelunca, elegans, helius heliades, delubra, pelamys,
Excipe, delictum, delius, elyſium, elicius, teletoon apud Flaccũ, zelotypus, pręlium, peluſium, electrũ, uelabrum, pelaſius, peligenum, ſpelea. Chelia uirgo, uelites uelitaris, telephus, telemus τηλέμος. Helias, lelius, celius ſpelatum, heliodorus, lelanthus, telemachus, pelias, haſta. Electrum ſemper produ. apud latinos. Virgil. enim à doctis ſic legitur:

Quod fieri ferro liquidoq; poteſt electro, Et alibi:

Coralio fragili, & mouit lachrymoſa electro,

Produc telegonus τηλέγονος: & teleboæ τηλεβόαι & lælaps lelaps λαῖλαψ: & melote μελότη. Pelon indifferens, Pelion hermoniæ mõs eſt obuerſus

est obuersus in austros. Fasto. 6. Ossaq; cum peliocumq; hemeo cesserit othrys. Syl. in 3. regulariter prod. sic enim scribitur πήλιον.

E ANTE M.

E ante m, ut Thema, emo, corripit. & Rhemus frater Romuli, & Chremes producuntur, cementum, cemeterium, clemẽs, clementia, crementũ, demoleon, mnemosyne, demo, dęmon, demens, demus, hemi, semi: licet selibra à semi deriuata cor. M. Furius, bibaculus dicens, quam tres calculi & selibra fratris dementia Rhemus, propriũ in 9. Virg. Armigerumq; præmit rhemi aurigãq; sub ipsis: ęmulor, ęmulus, emineo, emathia, hemonia, emolumentum, premiũ, eminus, fœmina, flemus, phemonochemina, nemo, plemirium, premio, remigo, remus, remex, semen semino, temo, semita semis semodius, schema, stemma stemus, Democritus, Demetrius, Demophoon, emilia, emoda, hemus, emilianus. Et à δῆμος composita, ut Demosthenes. Prod. pœmenis ποιμενίς. Temetum tam primam q̃ mediam cõem habet. Iuunenalis: Decorcyrea temetum deduxerat uua.
Horatius: Das numos accipis uuam, pullos oua. Cadum temeti nempe modo isto. Abstemius prod. apud Hora Si forte in medio positorum abstemius herbis. Temulentus, dicit Donatus corripi. Porphyrion produci, ego dicerem ex hoc indifferentem.

E ANTE N.

E ante n producitur, ut Fœnum, ręnes. Corripiuntur enim Enyo enypeus, Enęsimus proprium ἐναίσμιος. Pheneus & pheneos φενεὸς Corri. menses rex apud Hora. alij dicunt meneses, corr. menecheus, fenestra, phrenesis, penes, penus, peritus, penates, penetrale, penetro. Menander, xenium. Menelaus, menelippus, menaleus, menapil, Menecus uiri proprium. Enispe urbs apud Statiũ & Homerum & κένος id est, inanis. Habentia ante e, b, g, s, t, u, prod. tamen sequentia quamuis habeant b, g, & c̃. ante e, sicut Benacus, ueneo uenum uenia uenor, senus senio, scena, splenis, strenuus, schenobates, strena, tenia, tenarus Sena urbs. Senones autem corrip. leneus Stheno soror Medusæ. Produc. item threnus θρῆνος id est, planctus.

E ANTE P.

E ante p corrip. ut uepres, tepeo, nepos, repens, repente. Prod. Cepe cepi cepa, cephisus, epipus, epolus, epyrus, cepheus, clepolemus,

epytus. ἤπυτος, cephenus, repo, epia, crepida, præputia, prępes, sępe sę pia sepiola, sepio sepes. Repuli & reperi, indifferens, & longe per duplex pp scribuntur.

At qui condiderat, postęp non repperit aurum: Ausonius.
Aptauit collo, quem repperit laqueum.
Reppulit à lybicis immensum syrtibus æquor. Lucanus.
Quæęp seros reppuli doctis medicatibus ignes. Ouidius.

Hepar & crepida regulariter producuntur, quia per ε apud Græcos scribuntur: latini tamen poëtæ corripuerunt.

E ANTE Q.

E ante q corr. ut neęp, equiculus propriũ, equus equa appellatiuũ Equor, æquus adiectiuum, ęquo, æqualis, equiculus popu
Produc. lus, nequam, nequitia, nequaquam, nequicquam, nequis nomen, nequo, sequana, sequanus, sequanicus.

E ANTE R.

E ante r corrip. ut Eremus, sera, erebus, serum, herus. Beryllus, berytus, clerus, hera, ceruſſo, cerillus, cerulus, chere, ceres itis, cerete tis, cera, berutum, ero as, erugino, æru-
Produc. mna, feralis, feriæ, seronia, flerem, heros, heres, eronia, ereti, theridamas, phiridamas, meriones, ceronia, cerinthia, cerinthe, eruca, erugo, es eris, erigone, eridanus, eretum, hæredo, hæreo, mœreo, cherippus, herodotus, uerona.

Produc. mera μαιρὰ, heraclius heraclides heraclius: & cætera, quę per ε scribuntur, hierophilus ἱερόφιλος. Produc. Herodes, Herodianus, tereus τηρεὺς, & theron theronos, apud Statium, & libro secundo Metamorphos. Ouidij: sic enim scribitur: Θήρωνα.

Produc. Nereus nerus neris neritos neritus neritum neren nerio nere, pleri plero, pero onis, pera, quero, spero, sphera, seres serus serius serra sericum, seria, thera, hæresis, uera uerax, uer ris, ueretrum, ueru ueredus, uerruca, xeranpellinus,, xerophilus. Herus produc. Eros corri. Pheretides per t, produ. Pherecides per c, corrip. Beryllus solus Prudentius præter morem aliorum corripuit. Cheruſci populi, prima breuis est, apud Claudianum. Strabo adijcit diphthongon Chæruſci. Serus, a, um, ad placitum. Cicero in Arato:

Occidit andromadę clarum caput & sera pistrix. Contra Virgi.

Vitta

Vincla recusantum & sera sub nocte rudentum.
Sed tutius produ, Heriphile corr. apud Tibullum:
Heriphile Phœbo gratacꝫ quod monuit.
Eryphile producitur.

E ANTE S.

E ante s produ. ut Cæsar, rhesus, mesana, apud Silíũ, & hesa apud Claudianum. Corrip. Vesulus, uesuuius: qui quandocꝫ dicitur Vesuuius. Vescris, sesostris, thesis, & cõposita. Iesus, e producit, sed media est. Recentiores mesana corr. primam. Veseuus ponitur ad placitũ: similiter resina ad placitum. Martialis: Veterno resinacꝫ pigriores. Idem: Resina ueneto nec resecare luto. Mesapus producitur apud Virgil. At mesapus equum domitor, neptunia proles. Mesapeius uero mesapeis corrip. apud Ouidium libro quarto:
Peucecíoscꝫ sinus Mesapeiacꝫ arua reliquit.
Ita enim græce scribitur, Μεσαπὴς μεσαπήια.

E ANTE T.

E ante t, produ. ut Aetas, Betlehem. Corr. Getula getulum, betulus etiam fretũ, hetruria, hetrusius: quamuis ἀπὸ τῆς αἴθρας: uel ab oppido ethria deduci uideatur. Heteroclitus: & ab heteron composita. Cetegus, petra, petrus, geta, meta, præpositio græca, Metabus proprium apud Virgil. & Telon rex apud Silium, metuo, metallum, metaurus, retro, meto is ere, thetis dis, tetricus, tetrarcha, tetigi, tetẽdi, petaurus, metellus. Metius nomen regis apud Virgilium: regulariter produci uolunt. Habentia p, aut u, ante e, ut peto: petilia, ueto. Prẹter petus: præter prætereo, præter pletus produ. Corripe ethemon ἐθήμων. Corripe eteonon apud Statium. Tethys tethyos indifferẽs ponitur: producitur melius, pro matre Achillis corr. Retuli indifferens.
Rettulit & ferro rhesum dolonacꝫ cæsos. Ouidius:
Si reditum retulisse tis, aut in tempore longo. Catullus: si bene legitur
Creta, nomen Scythici loci, ponitur ad placitum, aliter producitur.

E ANTE V.

E ante u consonantem producitur, ut æuum, meuania, treuir.
Corrip, breuis, seuerus, leuis quando leuigatum significat, i producit, quando non grauis significat: corr. leuo as are, breuer etiam corrip.

I ANTE B.

I ante b corripitur. Iberus. Produc. Fibula, gibbus gibbosus, hybernus, hybrida, ibo ibis dis, ibicus, libo, libum, libero liber pro libero & baccho, liberus, libro, libra, libetra, libetris, libella, quibo, scribo, uibernium, scribonia, scriba sibulus, scibo uetus: futurum scibilis, tybur tyburrinus, tiburna apud Silium, tibia, tribula, uibex. Libanus, primam corripit. Tribula, fibula producuntur.

I ANTE C.

I ante c corr. Dicax & composita, ut ueridicus, fatidicus. Cyclops cyclopis natura breuis. Produ. Dico is ere, ficus, ficedula, ico icis icon icarus icaria icariotis, iconium, liciũ, mica, niciteria, pica, picus, picens, picenꝰ, sicut sica sicarius, spica spicus spiculũ, sicelis sicania, trica, cetricenus, & huius cõposita: ut triceſimus, ticinus, uicus uicinia, uicinus, licinianus. Sicilia corr. melius. Lucius produxit, dicens: Sicilia ignota esset, & ignote syracuse & sicelia, sic scribunt multi. Liceor corr. Pers. Et centum græcos curro centusse licetur. Liceo Horatius produc. Nonnunquam precio pluris licere notante. Produc composita à nice, ut Nicolaus Nicãder. Siculus corrip. Sicilis producitur. Alij sicilis scribunt à Sicelis Lycas. sicanus, sicheus communem habent.

Huic coniunx sichæus erat ditissimus agri. Virg. 1. æneid.
Anna fatebar enim miseri post fata sichæi. Virg. 4.
Fida reor fraterna Erycis portusq; sicanos. Virg. 5
Sicano prætenta sinu iacet insula contra. Virg. 3. ænei.
Inde lycam ferit eyectum iam matre perempta. Idem 10.
Protenus anteum & lycam prima agmina turni. Virg. eodem

I ANTE D.

I ante d produ ut sydus, fidus, idolum. Corr. cydonia cydon urbs Cnidus cnidius, didici, didyme dydimꝰ didymaon, in 3. Flacci. Fides fidis fidicula fidelis fidelia, ideo idem neut gene. mida, idume idumea idoneꝰ, hydaspes, quidẽ. Sidicinũ urbs, & Sydon propriũ in 6. Flac. Habentia ante i, u, b, p, t, ut uideo, biduum, pridie, triduum. produc. stridulus strideo stridor produ. q̃uis t ante i habeant, apud Virgiliũ. Tridentibus non stridentibus legitur, teste Aponiano. Hydra hydrus communis est. Fidine, hydria, hydrops communem habent.

Viuat fidenis & agello cedo paterno. Iuue. sat. 6
Hi tibi nomentum & gabios urbemq; fidenam, Virg. in 6.

Cydon

Cydon cydonius indifferens est: proprium nomen uiri.

I ANTE F.

I ante f producitur. Præter composita, ut Triformis, trifidus.

I ANTE G.

I ante g corri. ut Rigeo, tigris, ligurio. Produ. bigę, digero, flige, figo, fliga, stigo, frigutio, frigilla, frigeo, frigus, frigil, gigeus lacus, uiginti, pyga, pygargus, phrygium aridum, ligeum, sigeus triginta. Habentia st ante i: ut stygo. Præter styx stygis, strigilis striges communem habent. Gyges pro lacu, pro desyderato & puero formoso producitur, pro gygante corripitur.

I ANTE L.

I ante l produ. ut Bilis, pilum, hasta, pila locus cauus, & columna. Cor. Bilibris: & omnia à bis cõposita, ut Bilanx, bilinguis, cylydrus, cylindrus, philenis. Sylace urbs, cilium, cilix, filix, hilaris, ilerda, lilybeus, lilia, milium, philomela, pilus, pila pro spera lusoria. Philoctetes, pilos, pylus, pyleꝰ, pylõe, phileros, philyraphilon, silenites, philetas. Philostratus, hylas, schylephylare, silex, milo, philos, Philippus, gilyppus Pilades. Corr. hylactor ὑλάκτωρ: ut apud Ouid. lib. 3. Metamo. Cor. item scylaces, quod latine catulos significat. Virgil. 3. æneid. Caulonisq; arces & naufragum scylaceum. Non autem legas scyllaceũ uel scylleum. Phylace urbs corripitur apud Lucanum & Papinium.

Propertius Phylacides producit:

Illic Phylacides iucundæ coniugis heros.

Habentia s uel t ante i, ut siler sileo, tilia. Præter Tylæ, syla producuntur & psylotrum. Thule apud græcos scribitur. Myle urbs. Scyle producit Silius in 14. Subsidium infidum fugientibus æquora mylæ. Mylas uero fluuius iuxta corr. Ouid. Sacrarumq; mylam pascua læta boum. Miletos, tilia, silenus, q̃uis scribatur σειληνὸς ut diphthongo melius producatur, communem habent:

Silenum pueri somno uidere iacentem. In Bucol.

Quantum omnis mundus gaudet cantante sileno. In Buco.

Verum hoc carmen ob regularitatem syllabę quidã Virgilij esse negant, esseq; adulterinum contendunt. Ilissus fluuius, ponitur ad placitum, & utriusq; est testis Statius & autor. Solus Sidonius Philoctetes primam produxit. Milon Græci producunt, Latini corripiunt.

Hyle urbs corripit Statius, produxit Homerus.

I ANTE M.

I ante m produ. ut Rima, strimor, limax, cimex, simus. Corrip. chimera, simus, mimas. mimalonis, nimis, simus, simo, simon, similis. Dimas proprium apud Statium & Virgil. Thimus ad placitum uolūt, sed melius correpta est. Polisyllaba, ut timeo, clymenus, Pręter himera, simia, simulus simius, chimerinos, cymodoce. Timagines & Timotheus produ. quia à ἀμή .i. honos ueniunt, & cætera composita.

Hymen indifferenter. Hymeneus corripit.

Hymen ó Hymenee. Catullus.

Affuit & sertis tempora uictus hymen. Naso epist. 6.

Simus ad placitum, Martialis: Callidus enixas elidere simias hastas.

Statius Infantem lingua simium salibusq; superbum.

Alij legunt non simium, sed simum & dicunt, tātum produci simus.

I ANTE N.

I ante n produ. ut crinis, linea, sinas. Corripe gyneceius gynecium, & cętera deriuata. Corr. Inula, Pinarius fluuius, linio lino linum apud græcos corripitur, apud latinos produ. Linus propriū, cyneras, tinea, Ninus & ninos ciuitas. Et Tinias fluuius apud Silium. Hūtia ante i, c, s, m, ut cinis, sino, minor, sinope sinopis, minye. Pręter sinum uas. Mina pro libra. Minos, minotaurus, scrinium, minutius, crinis Sinas, cynips. Et clino, inde declino. & alia cinniphi κιννίφιος positione prod. Al placitum inulus, sine h. Tinea indifferens. Serrenus Samonicus: Matura interno cum uiscere tinea serpens,

Agrestes tineę res obseruata colonis. Metamor. 15.

Arcq; inuli pelli totos operibat amantes. Opertí. 3.

Vitas inuleo me similis Chloe. Oda 23. lib. 1.

I ANTE P.

I ante p corri. ut Hyperboreus, hypocrita, hypocaustū. Stips stipis sed stipendiū prod. Produ. Cipes, gryphes, hypodates, hippomanes, siphon sipharių Hippocrates, & cętera ab ἵππος, pipilio pipo, pipere.

Ripa ripę urbs, apud Statium: uipera, daphilus, ryphei, griphus, stipes itis, typhis, scipio, stipo stipendium, typhon, sipus sipuntum, iphitus, & iphiclus apud Flaccum. Iphis, & omnia composita ab iphi, ut Iphigenia, producuntur. Scrupulum uel scryp ula indifferens. Solus

Capel

h typhonem corripit. Typhus primam corripit.

I ANTE Q.

I ante q, corripitur, ut Liquo as, liqueo es. Producí. Liquor eris, liquidus, à uerbo tertię declinationis. Liquor ad placitum, Liquida indifferens. Similiter liquens & liquesco.

Pondus uti saxis color ignis liquor aquarum — Lucre in pri.
Fiet uti cibus omnis & aridus & liquor ipse. — Idem in pri.
Spongia cum tepidis annexa liq̃ribus imbris. — Syrenus.
Crassaq; conueniunt liquidis & liquida crassis. — Luca. in 4.

Siquidem corripit, quamuis a si, longa ueniat.

Boletus siquidem unius præcordia pressit. — Iuuenalis.

I ANTE R.

I ante r produ. ut lira pro sulco, uirus, tyro, scyrus Syrus insulę produc. Corrip Lyra, uir uiri, pyrus pyrum, styrax, pyra, myra myro, quiris quirinus, Syrus, Tyrus & tyres proprium. Polisyllaba, ut uiridis et syria, Præter Syria, Styrus spõsus Medeę, sirius, astirum, piroma, tiresia, uiriatus, tirinthus, cyriacus cyrene, pirula pirata, pyramis pyramus myrace, dyrachium. Produc liriope λειριόπη, & pyræus πυραιεύς. Syracuse corripitur apud latinos, Pyrene, cirene indifferentes. Similiter Tyros urbs Produc chiromos, chirographus, chiragra indifferẽs, sed regulariter producitur, quia à χεῖρ: id est, manus, quod diphthongo longatur in prima. Chirurgus producitur. Thyrea & tyre oppidum corripiũt. E in tert. Theba, legendum est tyrea, non tyre, teste Aldo Manutio. Hermolaus autem thyre legit, Pyrene & pyreneus, pro eodem, indifferens. Tibullus.

Non me me est tibi partus honos tua bella pyrene.

Pyrene misit populus qui nomen amore. — Silius in 13.

Hæc duo significant montem Hispaniæ. Sed pyreneus propriũ apud Ouidium lib. 2. Metamo. corr. Pirenis uero fons acrocorinthi, primã producit πειρηνίς. Syrenes produc. quia per e diphthongon scribitur: quam in i longam conuertimus, sed corripe Syrenes nomen Regis, de quo Valerius Flaccus, lib. sexto:

Mouit & hylea supplex cum gente syrenem. Syrus ad placitum.

Iuuenalis in 3. Iam pridem in tiberim syrus defluxit orontes.

Quam quæ longorum uehitur cheruscę syrorum. Idem:

IN PRIMIS

I ANTE S.

I ante s, ut Visus, producitur.

Corripi. Bison Crisis, id est, iudiciũ, Disertus, Siser, Yserus, Isaurus, Isara, Pisidiæ populi, Miser, Misereor, Prisana, Nisi, Phthisis, Cisena, Frisus, Pisarum.

Licet ptissana apud grẽcos duplici ss scribitur. Corrip. Physis cum compositis, contra Pompilium: Exempla in commentarijs meis inuenies. Hyssopus siue hyssopum, nostri primam corripiunt, præsertim recẽtiores, apud grẽcos prod. quia duplici ss scribitur, sic ὕσσωπος quod tutius est, more græcorum, producamus.

I ANTE T.

I ante t corrip. ut Item, mitra, iturus, nitrum, uitrum, criton. Littera corrip, litera corripit. Sed littera duplici tt, produc. Ouidius: Littera nasonis sanguinolenta legi. Sic etiam littus tt duplici ut positionem faciat. Produc. Bithynia, clitellæ clitorius cliton clitumnus, dito diteo dis ditis, glis glitis. Pyteleon nomẽ poẽtę, pithenor python pythius, brytones. Pythagoras ritus rito, scito scitor scitũ, sitis à sum, itur, titan titillo, uito, uituperio, itus, littus, lis litis, litigo, mytilus, mitis miteſco, nitor eris, pytisma, pythias, psitthacus, sithon sithonius, trito, triticon, criton, scython, trituro, iturei, triton, tityrus, tritonis, uitis, uita, zithus. Conuitium & comitium produ. antepenultimam, quãuis primitiua uitium & itum, corripiant. Conuitium enim à con & uitium uenit; licet alij à uocibus, quasi conuocium, alij à uicis trahãt. Comitium, a con & itum. Ad placitum Bithynia bithynius, brittannus, pituita. Itya. Ouidius: Prosilijt itysq; caput philomela cruentum. Nec mora traxit itym ueluti gangetica cæra. Idem. Criticus, Italia Italus cõem hñt. Et penitus toto diuisos orbe brittannos. Vir. Ægl. Nam quid brittannis cœlum differre putamus. Luc. lib. sexto.

Apud græcos scribitur βρεττανός, duplici tt, & simplici n, & est prima positione longa. Dionysius tamen primam corripit, demit unũ t, sic:

ὧκεανῷ κέχιται ψυχρὸς ζόφῳ ἔνθα βρεπάνοι.

Hinc angustus agens Italos in prælia cæsar. Virg. in 8.
Contecto sternit iaculo uolat itala cornus. Idem in 9.
Bithyno phrygiove satum, sed quem sua noto. Bal. in 3.
Quanq; & cappadoces faciant equites bithyni. Iuue. in 7.

Vt cr-

Vt critici dicunt leuiter curare uidentur. Horatius.
Aequalis liber est critice, qui malus est. Martial. in 7.

I ANTE V.

I ante u produ. ut Priuo, priuernum. Excipe biuiũ, triuiũ, niuis.

O ANTE B.

O ante b, ut Obolus, canobus, soboles, corr. Produ. Bobus, gobio mobilis, mobus, nobilis, nobis, obex, obiicio, robur, sobrius, Tobias, uobis, Crobialus in u, Flacci: alij cobylum legunt, quod etiam produ citur: Cobyli latus & fatis tibi typhi negatum.
Habentia duplicem consonantem ante o, ut scobs scobis, probrum, scrobes, corripi. Obiicio, & obliqui nominis obex, prod. cum duplici ij scribuntur, aliter corripiuntur.

O ANTE C.

O ante c corripitur, ut locus, Cocytus, pro Cerere, coclea, cocles. Crocale κροκάλη, & Crocalus, corripiuntur. Producuntur Cocycitus Voco uerbum, ochus ocheus, ocyor, oceanus, ocyus, ocium, poculũ, procerus. Cocalus, κώκαλος: phocus, phocea, crocea, phoca phocis phoce, uocalis, uocis à uox uocabulum, & uocamen à uoco corripiunt. Socrates prod. quia per ω scribitur: sic σωκράτης. Produc Ochus proprium apud Flaccum, & Ocheus apud eundem: & Corycis corycidos, apud Ouidium scribitur κωρυχίς: Locusta proprium mulieris produ. appellatiuum corr. quia à locis urendis dicitur. Focale, procuro indifferens habet. Risit & his inquit facito mea tela procures. Fastor. 3. Procurate uiri, & pugnam sperate parari. Virg. in 9.

O ANTE D.

O ante d prod. ut Codex, odi. Corr. Modus modo, odor, rhodus rhodanus. Et composita ab hodos, id est, uia uel synodus. Polisyllaba ut fodio fodium. Præter Dodona, prodero, prodeo prodigus, zodiacus, clodius. Sodes producit Horatius: Quintilio si quid recitares, corripe sodes. Sodalis corripitur.

O ANTE F.

O ante f corripitur, ut profugus, ofella. Produc. profero profui profore proficio, offa, scrofa, profundo, profecto, profecturus, profugio, communem habent: Figurate produc. Composita à procul corripiuntur. A pro præpositione produc. Hæc quoq; profecto ludebat

Iasone uaro. Proper. lib. 2. Alij perfecto legunt, ut Beroaldus, & bñ.
Arcades his oris genus à Pallante profectum. Virg. 8.
Has postquam mœsto profudit pectore uates.
Impia dementis uulgi & uix tota profudit. Silius in decimo.
Profectura domo sicula non minior aula. Iuuena. in 6.
Alij non profectura, sed processura legunt Alij uero, ut Geor. Valla legunt præfectura domus. Vt sit concinnitas sensus, & debita quantitas. Hæc omnia huc tendũt, ut proficiscor profectus profecturus tm̃ corripiant, ut etiam Statius in 12. Huc ego te cõiunx ad debita regna profectum. Sed ꝙ quidam grammatistæ allegant Ouidium.
Non profecturis littura bobus aras.
Et de Ponto: Profectura aliquid tunc tua uerba puta.
Falluntur, ibi enim profecturus à proficio uenit. Profugio corr. Lucret. lib. 4. Sin ita syncris membris ablata refugit. Profugiũ produ. Claudianus. Solus profugium rebus habendæ meis.

O ANTE G.

O ante g prod. ut cogo Corr. progne, secundũ Georg. Vall. li. 38. cap. 10. Ouid. Al mandata prognes & sua uota sub illo, & tolerabile est: sic enim scribitur πρόγνη ut n liquescat. Alij uero legũt aliter Ouidium. Corri logos, rogo rogus, toga togula togatus. Vogesus mons Toga ad placitũ, ut dicit Porphirion Similiter & stola, dicit Acron, melius corrip. ambo. Corr. Cogis antra proprium apud Martia.

O ANTE L.

O ante l corr. ut Colo, schola, solœcismus, foliũ solũ pro terra, colus morbus, & mulierũ instrumentũ. Prod. boletus. Bolanus proprium, colyphia, colum colon, colo colas. Bolas urbs, doliũ, molior, moles, solus, colosare Et composita a pro, ut proluo, prolongo, solor solatium, molimen moly molyos, nolo nola, olim, oliarius oiaron olearos, olenos olenides, solers solertia, solennis, olenius, polypus, prolixus, proles, solis colos. Solos urbs σκῶλος, Choliambus χωλιαμβος: solarium, tmolus. Sed tmolus co r Producitur etiam stolo onis, prologus. Dolon indifferẽs, sed dolon regl'r corr. sic em̃ δόλων p e breue scribitur. πρόλογος prologus etiam natura corr. nescio an unq̃ prod. apud receptum aliquem. Virg. in 12. Antiqui proles bella præclara dolonis. Ouidius. Rettulit & ferro rhesum dolonaq̃ cæsos.

Solari-

Solarium pro eo quod penditur pro solo: ut apud iurisconsultos primam corrip. Polydamas & polypus naturaliter corripi. sed ϙ producuntur à poetis, scribemus, ut uolunt per duplex ll, Pollydamas, pollypus: uel melius pulypus & pulydamas, per u legitur, quoniam & πωλυσδάμας & πώλυπος per ω diphthongum apud Græcos, cum ϙ producturi sunt inuenitur, uel πόλυπος πωλυσδάμας dorice: unde etiam produci potest.

O ANTE M.

O ante m producitur, ut nomen, omẽtum, como is, Thomas. Corrip. comes comitor, comedo, coma como as, dromas dromados δρόμας: domus domo, dominus. Homole mons, glomus glomero, gomor, homo, momordi, uomas, omasum. Homerus, comagenus, omitto, stomachus, tomos tomite, uomo is, bromus βρόμος bromius, chromis, cromton, homilia, cometa, monec⁹, porcus. Herculis & Promulus proprium, & moneses & homonea, Dromos & inde composita, ut hippodromus, & domas cum compositis, ut hippodomas. Vomica promos indifferentes.

O ANTE N.

O ante n corripitur, ut monos, bonus. Produc. Monychus, centauri nomen, none nonus, zona. Habentia ante o, c, d, p, ut conor, donec pono Præter donos, id est, dominus, pronepos proneptis, donysa donace, conon, quamuis habeant ante o: d, p. Produc. composita agona ut Trigon trigonis trigonus, Chthonius item corr. χθόνιος.

O ANTE P.

O ante p corr. ut opus oportet, operio, propõtis populus gens, Topazius lapis, stropha. Priscia in nomine opilio: o breuem apud Virgilium dicit esse conuersam: in u longam ex literarum affinitate. Seruij opinionem tu ipse legas in Bucol. Proserpina etiam breuiatur apud Senecam in Hercule: Vidisti siculæ regna Proserpinæ. Sed Claudianus producit: Matribus & numeri damnum Proserpina pensat. Produc. Cophe uel cophen cophenis nomen fluuij indici. Prod. opidũ, opportunus opperios oppis nympha, ppl's arbor, propago uitis popeanum poppea popysma, propugno, propetis πρόπτλις. Et a pro composita, propugnaculum, propalo, scropha, propono, tophis, psophis, propello, sopio, dropax, sopitus, sed semisopitus Ouid. corripuit

Purpu-

Purpureo iacuit semisopita toro. Sopor & soporo corripit Stati.
Taxus & insuetos angues nimia astra soporant.
Produ. sophron σώφρων: sophronius, sophronas, & alia deriuata, sophene etiam prod. quod Claudianus corripere uidetur. Habentia c ante o, ut copia, sclopus. Præter scopulus scopas, cophinus. Cophos produc. propino communem habent.
Hiscere tanq̃ habeat tria nomina quando propinat. Iuue. sa. 5.
Cœnat, propinat, poscit, negat, innuit una. Mart. 1.
Seruius in nono æneid. primam breuem esse tradit in poples, usitate producitur ratione mutæ liquidæ.

O ANTE Q.

O ante q corri. ut Coquo. Tamen aduerte composita, ut quoq̃, quoq; coniunctio corripi.

O ANTE R.

O ante r corripitur, ut Torus, mora, & inde morosus, scoria. Corrip. corythus mons κόρυθος. Coritus proprium uiri κόριτος, & Corytus, κόρυτος. Produ. coram, corus uentus. Corytus coritius, doricum doris dores dorion doron, noricum, oricum oppidum. Corithus sagitta, horoscopus. Choreus, horum, hora, moris à mos, noram noris, roricius, os oris, oro oras orator ora, horus, oros, orythus, orythia, quorum, storia, morio morus, sorex soracte sora, Cora, torax, coram, zoroastes, oromazes. Produci. Proreus πρωρέυς & phoreus apud Flaccum, & uoraptus & horos.

Habentia ante o l, ut Lorum, Ploro,
r, Oris, Floris,
Loris, Gloria, Prora.

Orion, coralium indifferens. Orion tñ regulariter produ. sic enim scribitur, ὠρίων: sic etiam coralium. Cum subito assurgens fluctu nymbosus orion. Vir. 1. æneid. Ensifer orion ęq̃re mensus erit. In 3. Fast.
Mergit se subito uellitq̃ coralia cloe. Claudianus:
Coralium uero si cocco nectare malis. Seren.
Et alia meliora in meis cõmentarijs inuenies. Produ. melius: sic enim scribitur gręce κωράλιον. Produ. morari. i. fatuum esse: nam μῶρος est fatuus.

O ANTE S.

O ante s, produ. ut Rosus, Moses. Corr. dosis, posui, prosymna, rosa,

rosa,sosyris,proseucha,sosia,cose,mosas,mosella,osius,osinius;
Cosira ancipitem habẽt Melius corripitur cosira.
Prosa,ancipitem habet. Melius producitur prosa.
Proserpina ponitur ad placitum.Sene,& Hora.corr.cæteri produ.
Fertilis est meritę sterili uicina cosyrę In 3. Fasto.
Et bellare tabas docilis cosyraq; parua. Silius in 13.

O ANTE T.

O ante t corr.ut Quotus,Botris.Produ.Cotis â cos,dos dotis,doto as,photis â phos,fotus,lotus,sotades,lotophagꝰ.lotos, photis photidis,motus.Notus participiũ:& pro amico,notesco,uotifico,othos, sotheria soter,poto as,totus,uotum. Habentia duplicem consonantẽ ante o,ut Scotꝰ,cloto,ptinus protenor πρωτηνος:proteus πρωτευς. Præter Coralium,croton,proteros,broteas βροτέας,scotinus,proteruus. Ptotos & protos produ. & eorum composita. Sic etiam ptosis, ut antiptosis.Quotidie ad placitum ponitur,melius tñ produci. Lotium etiam produ. Catullus: Vt quo iste uester expolitor deus est. Hoc te amplius bibisse prædicet loti. Quod si carmen Catulli bene legitur,ut uult Paulus Pompil.lotium produ. Anantius uero Veronensis,non loti,sed lotus legit:quod si bene,tunc bene procedit,quod dicit Valla:Perottus,& Aldus uolunt,ꝙ lotium â lotu corripiat,cõtra primitiuum.Coturnix produ.Lucretius in quarto:

At capris adipes & coturnicibus auget. Ouid. corri.
Ecce coturnices inter sua prandia uiuunt. Et hoc tutius est,meo iudicio.

O ANTE V.

O ante u corrip. ut Bouis,ouis.Ouidius. Martialis:

In nomentanis ouidi quod nascitur agris.

Produ.Otium,prouincia,prouideo,prouideo,prouica: & composita cum pro,ut prouoco,prouoluo,proueho,prouentus.

V ANTE B.

V ante b corripitur,ut rubus ruber,masc.gene.tubur. Produ.lubrico,bubasis bubasidos βουβασις bubastis,subula,lubricꝰ,iubilo,pubes,iubila,rubigus,bubalus,rubigo,suber,tuber,neut. gene. ubertas uber.Habentia ante u,b & n,ut bubus,nubo nubes.Præter innuba, bubulcus,pronuba.subulca,ruber rubrica. Cõnubium communem habet,& rubigo. Exesa inuenies scabra rubigine pila. Virg. geor.

Vteris

Vteris ora aliter nimiaq; rubigine captus. Martialis 2.

Tamen melius prod. Aliqui enim legunt in Martiale, ęrugine nõ rubigine. Prod. Nuba populus, & nubei & nubide apud Silium, ubi falso mibe legitur.

V ANTE C.

V ante c produ. ut bucerus, educo is, lucas, bucula. Corr. cuculus, cucumer, cucurbita, duco as, ducis â dux, ducenti duceni, mucro, lucrinius lucror lucrum, lucellum lucerna, Lucretius lucretia lucretilis. Habentia ante u, d, n, r: Pręter duco, quod produ. & nuceria. Luceres prima indifferens. Ouid. 3. Fast. Quosq; uocant ramnes luceribusq; dedit. Propertius in 4. Hinc tities ramnesq; uiri, luceresq; coloni.

V ANTE D.

V ante d produ. ut Iudicis iudex, crudus, trudo. Corr. pudet pudicus, rudio rudentes, studio, tudertes, pudis, rudis rudie urbs, sudes, tudertum tuder: rudo rudi prętęritum: in compositione cõem habent.

Vincla recusant & sera sub nocte rudentum. Virg. 6. ænei.
Findor ut arcadię pecuaria rudere credas. Persi. Sic etiam rudis.
Luciferi rudis clamet melicerta perisse. Persi. sat. 3.
Speratum meritis duram qui contudit hydram. Horatius
Contudit crudelis hyems. Ennius.

V ANTE F.

V ante f producitur, ut Bufo, ufens.

V ANTE G.

V ante g produ. ut Ruga rugio. Corr. Tugurium. Virg. 1. æglo.
Pauperis & tuguri congestum cespite culmen.

Habentia i, r, p, ante u, ut Iugum, fugio, pugil pugillus. Præter fruges frugi. Deme etiam iugera, & iugis adiectiuum, à quo iugiter, pugio pugillaris, quod solus Prudentius corripit.

V ANTE L.

V ante l corri. ut ulula culex. Produ. culus, iulius, uligo, thule: ubi nos thyle dicimus, culeus, dulychium, iulus. Habẽtia f, g, m, ante u, ut fuligo, mulus. Deme ex illis, fulica, gula mulier. Pulex indifferens.

Pulice uel fœquid pulice sordidius. Martia.
Paruulus aut pulex, irrepens dente lacessat.
Parue pulex & amara lues inimica puellis. Melius tñ producitur.

V ante

V ANTE M.

V ante m produ. ut pluma, humidus, humanus, fumus. Corri. humus, humilis, humerus, rumex, sumus a sum. Habentia n, c, t, ante u, numerus, numisma: alij nomisma legunt, ut etiã gręce habet̃ νόμισμα o breui, cumulus, tumulus. Præter cume, numen, struma, numatius, numus. Pumilius uel pumilio, ponitur ad placitum. Numa apud latinos corr. apud græcos diphthongus est, νȣ́μας, ideo longa est.

V ANTE N.

V ante n produ. ut funus, cuneus cune. Corr. cuniculus, cuneus, tunica.

V ANTE P.

V ante p corrip. ut Lupus pupugi, stuprum. Produ. Cupa, Iuppiter, upupa, stupa, scrupulus, scrupeus, suparus. Habentia n, r, p, ante u, ut nuper, rupes, pupillus, pupa, pupugi corri. R Rupilius propriũ, scrupulus, pupula indifferẽtes, tutius produces. Stupro primam breuiat, inde constupro, media correpta legendum.

V ANTE R.

V ante r producitur, ut thuris, curio onis, furius. Turia flumen. Corri turuleus, cures. Curius proprium. Durius fluuius, spurius, furio, furor, furo, furia, muria, murus. Duraton mons Hispaniæ, corrip. apud Martia. in quarto. Curetes furius indifferentes sunt.

Illic bellaci confisus gente cruentum. Lucan. 4.
Celme euilargoq; satos curetas ab imbri. Metamor. 3.

Curete, Iouis sacerdotes, produci uolunt, sed pro populis Dalmatiæ corri. ut nomen habeant à Curo suo principe. Sed cum Curetes sunt populi, simul & sacerdotes Iouis. Cretei melius producunt primam, dicti ἀπὸ τῆς κȣ́ρας, hoc est, à tonsura capilli, quoniam tonsi erãt. Pleriq; ꝟo, autore Strabone, ab heroe nomen accepisse tradunt. Alij à monte quodam curio. Nonnulli grammatici deriuant ἀπὸ τῆς κορῆς, id est, à puella, ꝙ puellarum more prolixis uestibus uterentur. Vnde etiam primam natura corripient illa deriuatione. Murius à mure prima producitur. Martialis aũt in hoc phaletio, si non praue legat̃, corripuit, dicens. Campis diues Apollo. Sic murinis, alij myrinis legũt.

V ANTE S.

V ante s producitur, ut Pusio, Musa.
Corr. Frusino onis, pusillus, susurro. Claudianus Susanna corrip.

Sic tibi

Sic tibi dat utres sancta Susanna suas.

V ANTE T.

V ante t producitur, ut Vtor, struthus.
Corripi. cutis, frutex. Lutum indifferens. Mutoniatus, puto putris, utrum, uti aduerbium utinam, uter utra.
Lutum corr. cum cenum significat. Polysyllaba, ut puteus, uterus, putreo. Mutie urbs, apud Silium. Præter bruteo, buteo, buthrotus, βαθρωτὴς: tutianus, furio, futilis, glutio tis, glutea glutinum glutino, luteum, muteum mutio muto, mutuo uerbum mutuor, nutrio, putrio.
Luteola luteus. Maro prod. putidus, mutiq, iuturna, utilis, muto onis, luthum, rutilius, indifferentes sunt.
Et graue magnanimi robur mirare rutili. De Pont. pri.
Hanc tibi quo properas memorant dixisse rutili. Fasto. 6.
Famæ rutilium suæ relinquas. Martia. 5.
Scutum produc. Scutulaca corrip. Iuuenalis:
Cerulea indutus scutulaca & galbana rasa.
Muto onis, producitur. Mutoniatus breuiatur. Nutrio primam natura producit. Quosdam seduxit deprauata lectio Claudiani. Nam spe non sepe legendum est. Butyrum diphthongo produ. apud græcos, latini corripiunt. Produc. Struthia, nomen urbis.

V ANTE V.

V ante u semper producitur, si nulla præcesserit consonans, ut Viduus, uua. Corr. pluuia. Maruuium fluuius, iuuenis. Produ. iuuenior & iunior, iunius. Iuerna, dictio tetrasyllaba est, prima breui, secunda diphthongo longa. Strabo ἰέρνας iernan nominat. Inde bene Claudi.
Scotorum cumulos fleuit glacialis iernę.
Alij ibernæ legunt. Ierna uero iuuerna dicitur, trisyllaba dictione, & prima est longa. Iuuenalis saty. secunda:
Litera iuuernæ promouimus & modo captas.
Alij aliter legunt. Corripe uero, si consonans præcedit u, ut iuuo.

MEDIA SYLLABA appellatur, quæ est inter duas, primam, s. & ultimam: & omnis ea, quę non est prima, nec ultima.

¶ Ea septem cognoscitur modis.
Positione, Diphthongo, Vocali ante uocalem,
Accentu, Diminutione, Exemplo, Regula.

Positio

Positione,ut colũna. Diphthongo,ut sabęus, ceraunia. Vocali añ uocalẽ,ut gloria. Vñ,uocalis ante aliam uocalẽ in latinis sp corripit. ut Maria,Lucia Excipiuntur gtĩ noĩm et pronoĩm, in us desinentes, ut Istius,unius,qm̃ tales indifferẽtes sunt. Alius semper producitur. Alterius semper corripitur. Et genitiui & datiui quintæ decl. habentes inter duos i,producunt penultimam, Diei,meridiei,speciei.

DE GRAECIS Nominibus.

Græca quandoq; Corripiuntur Ilion, historia, Tragœdia, comœdia, ut

Græca quandoq; Producuntur Eous, Ptolemeus, Spodeus,Ironia,Licius.

Græca qñq; sunt ad placitum,ut Chorea,platea,malea,regulariter produ. Deriuata à græcis fœmininis,e longo terminatis,hñt e pro ductam,ut à Cre creteus,Hyble hybleus,Dione dioneus.

¶Regulæ communes,de græcis, tam primis q̃ mediis syllabis conuenientes.

A ANTE A, & I.

A ante a,e & i,in græcis,corr.ut Nausicaa,Phaeton,Pasiphae,Caicos.Produ.Aer,Laertes,Lais,Nais,Thais tagyeta, Sais, Baius baie, Michael,Israel,& id genus silia.Sed qñ αι diphthõgus greca dissoluit̃ a ante i producit̃,ut Achaia,Panchaia. Sed breuiat̃ Caicus,caistrus, calais,æneis,a,um,prima diphthongo longa est,aliqñ tñ diuiditur,& fit a breuis,& sic grãmatici h interponũt. Hora.Formas atq; animo sub iugo ahena. Ouidius: Terra post illas successit ahenea proles.

A ANTE O, & V.

A añ o & u prod.ut Laocoon,Menelaus,& Capharnaũ apud Iuuencũ.Corr.Aglaophon,phaon,danaus,phraotes,laodocus,ἀγλαόδωρος.

E ANTE A.

E añ a,ut Eneades,prod.Aeneades aũt corr.Lucret. Corripe actõs Thesea,typhoea,artocrea,theatrũ,boreas,Aeneas proprium,in actis apostol.Cyneas,& hmõi formę in as.Baleares,phea,tegeus,oceanꝰ, clearchus,theatrus,carneades,theana,cleantes,lea,lecha, learchus,albunea,melager,idea,nera,nemea nemecus,Andreas,anteas,boreas, Pythias & similia. In genitiuo uero prod,ut Oreas.Produ.Pheaces.

Platea,chorea,malea,romphea,rhea,indifferentem habent.
Ioniocꝫ mari maleæcꝫ ſequacibus undis. Virg. in 5.
Detinet & raucæ circumtonat iræ maleæ. Stat.in the.7
Et ratibus longe flexum donare maleæ. Lucanus.
Blateæ urbs Bœotiæ,producitur.Platea,Hiſpaniæ urbs,corri.

E ANTE E.

E ante e corr.ut Parees.Produc.Eea,eetion,niſee,æetias,æetiadas.

E ANTE I.

E ante i producitur,ut Threiſſa,Nereis indifferens. Martialis:
Luſit nereidum docilis chorus æquore toto. Et Statius.
Fluctibus inuiſa iam nereis imperat helle. Ouidius producit,
Vtꝫ celer uenias uirides nereidas oro. Melius producitur. Ereis æneidos ponitur ad placitum,ut infra dicetur,de e ante i.

E ANTE O.

E ante o corri. ut heos.Produc.æolus æolis,meon meotis,lageos, pheocomes.Eous indifferens,ἑῶος.i.oriens,prima breuis,ἠώς.i.aurora produ.Gedeon corr.melius:ſic enim ſcribitur Γεδεών.Deois deoidis. Ouid.corr.Auſonius prod.& melius:ſic em̃ ſcribitur,Δηωΐς Δηωΐδος. Bœotius producit œ,quia diphthongus,ſimiliter & o, quia ω eſt. Sic autem ſcribunt docti,& quibus ego tribuo autoritatem:Βοιώτιος,Βοιωτία:Bœotius bœotia.Sed Boetius Romanus non â bœotia, in qua natus nõ eſt,uerum â ueſcenda boum carne agnomen accipit,ut tradunt docti. Produc.æ œ ante e ut diphthongos.

E ANTE V.

E ante u producitur,ut Alpheus.Græci aliquando corripiunt. Corripitur creſa triſyllabum.Conopeium ponitur indifferens: contra Iuuenc.melius produ.Zebedeus,quia diphthongus.

I ANTE A.

I ante a corripi.ut Zodiacus, Priamus,hyalus,uiriattus,iapetides. Cyane ponitur ad placitum.Cyanee corri. Produc. iapetus, ophias, hygia,priamides,diagaſius,elegia,ligia,mechia,langia,thalia,quã quidam Græcus corripi. lampia,ardelopia,ſeu deiopeia,iaſion,hyperia, phthia,hippodomia, laodomia. Phia urbs Achaiæ, thias, priamides, produ.propter tot breues:pleias aliquando corri. & tunc plias dicit. Seleucia,Alexandria,Priſc. Inueniuntur tñ autores frequenter in nominibus

minibus urbium,in a desinentiũ,apud græcos uarie proferentes. Alexandria alexãdrea,Nicia & nicea,Antiochia & antiochea,ita.ſ. ut ia corripia.ea prod.Diana academia,indifferẽtes.Diana frequẽtius corripitur. Virg.1.æneí. Exercet diana choros,quam mille ſecutæ. Ter geminam hecatentria uirginis ora Dianæ. Virg.3. Produ.omia q̃ per e diphthongon ſcribunt,ut latrea,mantia,magia. Elegia primas duas corr.penult.prod.& ſic ſcribit ἐλέγεια,aliqñ tñ elegeia dr,qnq; ſyllabas,ſic ἐλεγήια,& ſic añpenul.prod.& penult.breuis eſt.Ouid.Blanda pharetratos elegeia nutrit amores. Venit odoratos elegeia nexa capillos. Idem lib.3. triſt. Pharias,genus ſerpentis,producit Lucanus in nono: Et contentus iret cauda ſulcare pharias. Alíj phareas legunt.

I ANTE E, & O.

I ante e & o corr.ut Hieron,diambus,iolla,polyhímnia. Etiam dorice πωλυμνία dr,prima & ſecunda lõgis,ut eſt apud Ouid. Alíj legunt polymneia,ex πωλυμνέα,i.memoria,& dicunt n poſt m ibi líqueſcere,& corr. Pharnutus aũt de natura deor: mihi placet,qui dícit,ex πωλὺ κρὴ ὕμνος. Telonium corrípi penul.ſic eñ ſcribit: Τελωνίον alíj teloneum dícunt,e produ.male tamen. Produ.pierus pieris,ariobarzanes.chío,enyo,ſpío,clío Ionius prod. Iuuenalis: Pertulit ioniũ conſtanti pectore quamuis: ionia corripit Propertius: At tu ſeu mollis qua tendi ionia ſeu qua. Spio autem corripit Virg. Niſeq; ſpioq;: q̃uis diphthongus ſit,ſed trãſit ibi in breuem, dẽpta e prima. Produc nomina tertíj ordínis,i ante on hñtia,ut hyperion,orion. Oarion aũt, quod idem eſt,i corrip.apud Catullum. Deme Pygmalíon,endymíon,geryon,hemeridion,electryon,euricyon,amphytrion,κέρκυων. Diogenes Auſonius primam produ,contra naturam. Io,uox lætantis, breuies melius,ſed nomen mulieris ponitur ad placitum. Licium ſiue líceum,locus in quo Ariſtotiles docuit: producit penult. Cicero: Inq; academia umbrifera nitidoq; líceo. Darius penult.producit, quía apud græcos per ει ſcribitur.& mutatur ει in longum.

I ANTE V.

I ante u corr.ut Iulíus.Produ.brauium,chius à chío inſula, poſſeſſiuum,quæ corr.in primitiuo. Produc heraclius ἡράνκλιος,darius,dochium,trophium, dius, lirius,ſperchis, arius,phthius, lírcius ſeu lírceus,

orius,bachius,scaphium,Martialis corripuit,apud græcos diphthongo producitur sic: σκαφεῖον Ouidius graphium corr.cum diphthongo etiam græce produ. γραφεῖον. Dryides primam corripit Lucanus:
Sacrorum dryide positis repetistis ab antris.
Alij dryudes,alij drydes scribunt.Litius Iuuenalis corr.
Non phryx aut litius,non à mangone petitus.
Litius igitur pro gente corripi.pro Apolline producitur.

O ANTE A.

O ante a corr.ut boare.Produc.Ioannes. Habentia o in primaria uoce,ut ab æos eous eoa. Tros ponitur ad placitum.

O ANTE E & I.

O añe & i in græcis corr.ut Simois.Produ.Troes,thoes,typhoea, typhoeus,aloeus.Patronymica à longis,ut Aloide,& achelois.Et obliqs eorꝝ,nõ o longũ seruãt in ntõ,ut Latois,aloís,acheloís, lagois,heroís,troís troicus,stoicus,zoilus, Sic troius,acheloius,phebeius,& similia:Troia,autore Seruio,qñ est prouincia,tro est breuis,qñ est deriuatiuũ,est longa,ut Troius.Quandoqꝫ tñ per synæresim,primitiuum longũ est,ut Hora.Dic mihi musa uirꝫ captæ post tempora troiæ.

O ANTE O, & V.

Corri.o ante o & u, ut Demophoon,& alcinous.Produ.Achelous,arctous,eous,latous,inous,lesbous; & similia possessiua,pyrois equus Phœbi,proprium.Cous prima indifferens, in primitiuo maxime corri. in deriuatiuo plus produ.

V ANTE Alias uocales.

V añ alias uocales corr.ut Capua,Emanuel produ.u apud græcos sic eñ scribit᷑ ἐμμανουήλ. Sic etiã alleluia,& est qnqꝫ syllabarꝫ,sic ἀλληλουια.Et Samuel σαμουήλ atqꝫ consimilia. Et hæc de græcis sufficiant.

¶ De Accentu producto uel Correpto,quo Media cognoscitur.

Accentu producto,ut Fortuna. Correpto,ut Tabula.

DE DIMINVTIONE.

Diminutione media cognoscit᷑,ut si uelis scire,qtum sit u in dictione,fortunarꝫ,olle rum,& remanet fortuna,ibi accẽtu dignoscit᷑ esse longũ Fallit in his rhetorica,o corr.Hippocrates,Aristotiles,in pluribus,uide Sulpitium.Iustícia,mœsticia,Romuleus,Sulpitius,alterius, partho-

parthenius. In compositis A colo & gigno, ut Rurigena, urceolus, ca preolus, unciola, & huiusmodi. Deriuatis à facio, per compositionẽ, ut Calefacis, frigefacis, penult. cor. Vtraq; pleraq; ntĩ & acti casus, ratione encletice, pe. acuit. Non fallit accẽtus, utiq;, itaq;, deniq;, undiq;

DE EXEMPLO.

Exemplo, media cognoscitur, ut pecunia, apud Horatium: Et genus & formam regina pecunia donat. ibi corri. Vnde, Quantam syllabam apud poëtam receptum inuenies, tantam proferas.

DE REGVLA.

Regula media dinoscitur, ut Musarum. Est igitur hæc regula:

A, E, O.

A, e, & o, in plurium casuum, crementis, produ. ut Dominarum, specierum, dominorum.

I, V.

I, & u in eisdem corripitur, ut Manibus, specubus.

A In Verbo.

A in uerbo crescens produ. ut amamus. Corr. tñ do cum compositis primę coniug., ut Damus, uenundamus, circundamus, pessundamus.

E.

E crescens, producitur in omni coniugatione, ut amemus, nisi sequatur r; tunc enim quandoq; corripitur, quandoq; producitur.

Præsenti Indicatiui, passiui, ut Doceris.
Optatiui,
Produ. in Præsenti Subiunctiui, Secundi ordinis.
Infinitiui. (dinis.

E ante r, Præteritis pfectis indicatiui moli cuiuscũq; ordi
Superioribus temporibus, tertij ordi.
Præterito plusq̃perfecto indicatiui.
Corripi. in Præterito perfecto subiunctiui.
Futuro subiunctiui, omni ordine.

Et aliquando in præterito perfecto indicatiui corrip.

Hæc tibi contulerunt cœlestia munere diui. Propertius:
Matri longa decem tulerunt fastigia menses. Virgilius.
Seruitium & dederunt regna superba tibi. Tibullus.

Sed ut docet Donatus, contulerũt, dixerunt penul. corr. more ue-

terum,qui emerunt,tulerunt: media breui pronunciabant, non licet ad illorum similitudinẽ aliud fingere. Passiuæ terminationis reris uel rere produc.ut amareris,docereris primi & etiam aliorum.

Futura passiua, Primæ Secundæ coniugationis Tertiæ corripiuntur. Quartæ producuntur.

Sed futura optatiui,& pñs coniunctiui,pri.coniuga.produ.ut Amet ameris.

I.

I in primis quarti ordinis crementis produ.ut audimus.Sic in uolo & sum,ut simus uelimus.In præteritis quoq; si u consonans sequitur,producitur:ut audiui,petiui.In reliquis corr.ut petiuimus, amauimus.Inueniés dederitis,feceritis,transieritis,penult. prod. propter necessitatem,meo iudicio,tot breuium. Vnde Ennius. Nec mi aurũ posco,nec mi precium dederitis Vitam dederitis in undis. Ouidius de Ponto. Consulis ut limen contigeritis erit. Item fecerimus produxit penultimam Catul.At cum millia multa fecerimus.

O.

O in omni cremento producitur,ut Amatote.

V.

V corripitur ut Volumus.

¶ Sequuntur REGVLAE,secundũ ordinẽ alphabeti.

A ANTE B.

A ante b corripitur,ut Arabes.

Produc. Arabulus uentus,apud Horatium. Barabbas. • bilis amabilis

Desinentia in bundus,ut amabundus, bulum uenabulum.

Corr.Dabilis,instabilis,circũstabilis. Produ.Candelabr;,uolutabrũ, & similia.Amabo interiectio,naturã uerbi sequitur,& prod.penulti.

A ANTE C.

A ante c corripitur,ut alacer,psittacus,trinacria.

Produc. Benacus,cochlaca,cloaca, meracus, opacus, pastinaca, sarracum,mustacium. Produ. simulacrum, ambulacrum, lauacrum, & anachates,apud Flacc.

Obliqui

Obliqui plurium ſyllabarū in acis, ut fallacis, minacis. Præter colacis, ſimulacis, candacis, tropacis, ſtyrax uel ſtorax ſtoracis, anthracis ab anthrax, & alia græca. Syracuſius a produ. Virgilius: Prima Syracoſio dignata eſt ludere uerſu. Lucius uero in Syracuſe corripit, dicens Sicilia ignota eſſes, & ignotæ Syracuſæ. Sed ueteres nimium licenter locuti ſunt, poſueruntq; quantitates, ideo nō ſemper imitandi. Ennius enim contra uſum omnium Annibalis penult. produxit, ſi lo iambico ſenario: Qui propter Annibalis copias conciderat.

culus Vernaculus,
cula ut Nouacula,
culum, Tabernaculum.

Deſinentia in ceus Herbaceus, Violaceus, Roſaceus,
cundus ut Iracundus,
cius Erinacius.

Produc. barbarorum quædam, ut camaracum, & ſimilia, portulaca, piſtaceum, ſamſacum pharnacis, ſyphacis communem habent. Bonifacius Sidonius produ. Syphax ad placitum.

Tolle tuum preco annibalem uictumq; ſyphacem. Iuuenalis 6
Compulimus durum ſyphacem, fractumq; metelle. Claudia. 3.

Heraclius bleuiatur à græcis, à latinis non legi, niſi productum.

Produ. etiam pheaces: pheacius uero quādoq; corri. Propertius:
Nec mea pheacias inter pomaria ſyluas. Alij pheacas legunt.

A ANTE D.

A ante d corr. ut Lāpadis. A duerte cōpoſita. Eodem eadem ablti indifferenter ſunt, ſed regulariter produ. Prod. cicada. Produ. propria barbaroꝝ, ut Conradus Menradus, lader. Produ. & agelades. Troades ponitur ad placitum. Virgilius At procul in ſola ſecretę troades acta. Perſius. Non mihi pulydamas & troades labeonem.

A ANTE F, uel PH.

A ante f uel ph, ut Colaphus.

A ANTE G.

A ante g produ. ut Imago, Carthago, gagates, quinquaginta, melager. Corr. nomina ſecundę decli. Aſpargus, pelagus, adagium, onager, exagiū Pręter Iſagogus, pædagogus, & ſimilia ab ἀγώγη. Contagium prod. Corr. cartilago, abdenago, athenagoras, aruiragus, lalage,

astyages,massagete,attagena,anaglypta, mandragora, agragas, pythagoras,& id genus similia. Indago nomen uel uerbum,produ. Corrip. Panthagiam flumen apud Claudianũ & Sylium. Betphage,nomen syrum,produ. Podagra,chiragra,communem habent.

Sed nil patrono porrigit hæc chiragra est. Martia.

Litigat & podagra diodorus flacce laborat. Suffragor & suffragium & refragor uenientia à suffragine,producunt mediam,autor Priapeiorum. Copia me perdit,tu suffragare rogatus. Petronius arbiter. Ad sonitum strepitum lueri suffragia uendunt. Guntherus Alemanus. Forte refragari seu dissuadere furorem.

A frango autem,ut dicunt,suffragium corr. Ouidius de Nuce:

Quid nisi suffragium nimbus uitantibus essem.

Ego aũt uix probo significatum & carmen, nec Ouid. autorẽ credo.

A ANTE L.

A ante l corrip. ut Tantalus. Produ. mapalia magalia.

Obliquus noĩm neu. ge. in al,ut Animalis,Bacchanalis.

Prod. Denominatiua in alis,ut Genialis,Australis.

Venientia à colon,ut Ascalonium,corripiunt multi.

Produ. Messala,Sardanapalus,Omphale,Cephalenũ apud Silium. Saxa cephalenon & scopulosis neritos aruis.

Abesalom,Aretalogus,Ialysius. Deriuata sequuntur primitiua,ut Thessalis,Pharsalia,stymphalus communem habent. Produc. Bacchanalia. Stymphalus & stymphalides melius produ. Italia produxit Manilius præter morem suum & aliorum in 3.

Gallia prætensis Italia maxima bellis.

A ANTE M.

A ante m corr. ut Calamus,thalamus. Produ. uerbalia in mentũ & amen,ut firmamentum,foramen: & Thimiama produ. Produc. a in cremento uerbi,ut Amamus. Præter Circũdamus,uenundamus pessundamus,Dyctamum produ. Contaminare produ. In Martiale enim contemerare, nõ contaminare legendum est,Salamis corr. medium. Virg. in 8. Laomedontiadem priamum salamina petentem. Et Hora. i. car. Ambiguam tellure noua salamina futuram. Priscianus in Dionysio produxit. Fertilis æginæ tellus & opima salamis.

Produc hebrea ad nostram declinationẽ reducta,ut Adamus Abrahamus.

hamus, Produc. Pyrames proprium apud Ouidium.

A ANTE N.

Deſinentia in b, d, g, m, t. corri. niſi poſitio uel diphthongus adſit uel ſyncope. Ouid. in Sappho: Vt monuit cum uoce abijt, ego territa ſurgo. Corripiuntur tamen etiam. Virg in 9. Audijt & cœli genitor, pro audiuit. Jacob producitur, ſic enim ſcribitur Ἰακώβ.

H.

In h produ. ut Vah.

L.

In l corr. ut ceruical, ſemel, famul, facul. Lucilius:

Heu ſa

Heu facul est homini inuentu bona fœmina nusquam.
Prod. sol, pol, nil. Barbara in fine accentu, pnunciata, ut Gabriel, Michael, Israel, Daniel, Saul dissyllabũ, prod. ultimã diphthõgo. Tanaqꝫ dicit Martia, Capel. prod. & Victorinus & Serui, licet etiã breuietur.

N

In n prod. ut Titan, pean, quin. Corr. Forsan, forsitan, an, tamẽ, attñ in, exin, dein, proin. Corripientia penult. gti crescentis, ut nomen noĩs in gtõ. Victorinus dicit, Flamen, pecten, pollen prod. ego exẽpla nõ habeo. Pleraqꝫ græca, ilion, pelion, ẽcontrario multa prod. Prod. helicon. A ienus. Cyrrha mihi & totis se helicon inspirat ab antris, hoc est, nominatiui, accusatiui in on, per o breue corripiuntur, per ω producuntur. si genitiui plura'es græcorum. In accusatiui corripiunt, ut thyrsin. An syllaba nominatiui casus, singularis numeri, quæ masc. & fœmin. genere in græcis nominibus inuenitur, semper lõga est ης terminata, in ην en accusatiuo producunt. Martia.

Te fingente nefas pyladen odisset orestes. Viden, satin, legin, & silla corr. Serui. tñ natura sua uult esse producta. Acti in an, & en, mas. ge. producuntur, ut Anchisen, Aenean. Flac. Rursus hylan & rursus hylan, per longa sonaret. Quæ autem sunt ge. fœmi. corri. Ouid. Maian & electran taygetẽqꝫ Ioui. Stat. Namqꝫ ferunt raptã prĩs æginan ab undis. Sed glyceren Martialis & Augustus glaphyren ionice produxerunt, teste Põpilio. Ntũs singularis, on syllaba terminatus, masc. & fœmi. gñis nominum græcorꝫ longam habet. Neutro sane genere ultima breuis est. Accusatiui græci in on, plerũqꝫ corripiuntur.

Martia. Aut puero liquidas aptantem dædalon alas.

Idem: Pascentem siculas aut polyphemon oues. Nemon cõem habet, ut nemo. Ita dicit Priscian. In en productã, græca uel latina, masc. uel fœmi. gene. ut hic lyen, hæc syren, rien uel ren, & splen. Catullus: Hymen ô hymenæe hymen ades ô hymenæe. Idem Priscian. In in, productam græca mascul. uel fœmin. ut hic delphin. Idem in on productam græca mascul. uel fœmini. ut hæc sidon, hic memnon onis.

Proper. Prosequitur cantu triton omnesqꝫ matinæ.
Idem: Acron herculeus cenina ductor ab arce.
Virgilius: Formosum pastor Corydon ardebat Alexin.
Idem: In medio duo signa conon, & quis fuit alterꝫ.

Et terminata ων producunt, ut Δαίμων dæmon, ſion σίων, Symeon Συμέων. Simon Σίμων. Hæc ſpecialius dicuntur.

P.

In p corripiuntur, ut Volup. Barbara producunt, ut Ioſeph.

R.

In r corr. ut cæſar, imber: & compoſita. Prod. aër, quod tamen Claudian. corr. alij apud Claudia. non aer, ſed axis legunt, eter, liber, celtiber, quod Martialis etiã corr. crater, caraſter, ſtater, ſoter, character. Monoſyllaba corr. Prod. cur, fur, Nar fluuius, lar, far, fer, cor indifferens eſt. Prod. par cum compoſitis, diſpar, impar, compar. Impar Caius Sueto. Tranquil. corr. præter morem, in epigrammate ad Traianum Cęſarẽ: Nitor ad impar opus ne apolline ſcribo ſiniſtro. Λάντηρ Linter, ultima lõga. Panther, & omnia in ηρ terminata, ut preſter, cremeſter, phyſeter, ſoter, clyſter, luter, alter, character. Pręter pater & mater & lynter: latini quidam corripiunt.

A S.

Finita in as produ. ut Das, maieſtas. Corr. gręca, finientia gtm̃ in dis, dos, ut Pallas, Ilias, Olympias apud Manilium. Actõs græcorũ tertiæ decl. ut Troadas, lãpas, monadas, pleiadas, hyadas. Solus Martia. Capella Arcas ultimã prod. dum eſt propriũ. Foras prod. ultimã: q̃uis Lucre. corripiat. Maſculina gręca in as produ. ut Aeneas, thoas, gyas, anas, mœcenas. Fœminina & communia corri. ut pelias.

E S.

In es produ. ut dies, fides, libyes, ſodes. Corr. inquies nomen, quod non ſequitur ſimplex, docuit Priſc. melius produ. Penes præpoſitionem. Es uerbum ſubſtantiuum cum cõpoſitis. Corripientia penulti. creſcentis gtĩ, ut miles. Pręter abies, aries, fides, paries, ceres, ſpes, locuples, heres. Res, pes cũ cõpoſitis. Corr. gręca pluralia, troades, atlantides, cyclopes, britones, arcades. Interdũ prod. Virg. 12. Aeneidos. Quid ſyrtes aut ſcylla mihi, quid uaſta charybdis? Profuit.

Et ut dicit Victo. Nomina gentiliũ in es ſyllabam finientia, eam breuiant, ut Lingones, teutones, uaſcones. Iuue. Vaſcones ut fama eſt. Guntherus alemanus. Guaſcones Hiſpani ſeu q̃s ꝓuincia diues. Breuia indies, pedes, termes, merges noĩa, cõtra ſi ꝟba ſunt. Apes produ. apis breui. Oĩa gręca in is prod. ἰωάννης ὀρήστης ἡρώδης ἀγχίσης Δηογένης & ſimilia.

& similia. Ideo lyrides improprie corri. Sidon. λυρίσης enim græci scribunt.

I S.

In is corrip. ut ignis. Produc. quis pro quibus. Item tris pro tres & similes casus. Prod. græca in in, uel is, quæ mittunt gtm̃ in inis, ut salamin uel salamis, inis. Produ. uelis, abis cũ suis coniugatis, hoc est, cũ uerbis secundæ personæ singularis indicatiui quartæ coniuga. ut audis. Ntõs producentes penulti. genitiui crescentis, ut Samus, lis litis, dis ditis. Plurales casus, ut scamnis, deis. Monosyllaba, ut uis, sis, & ab eis composita, ut quamuis, adsis, bis uero corr. Ouid. lib. 5. meta. Augebat bis adhuc octenis integer annis. Corr. is, uti casus, quis, mis, tis, bis, semis semissis. Produ. simois, satnionis, & similia.

Columella: Sic micat aut rutylis pyrois autore corusco.

Ouidius: Interea uolucres pyrois æous & æthon.

Quod pyrois ita habeat in genitiuo, testatur Flaccus hoc uersu:

Et formidantem patrios pyroenta dolores.

Ys terminata, si sunt fœmi. ge. & gtm̃ in dos mittũt, corr. ut chlamys dos. Statius. Exerti ingentis humeres chlamys horrida pendet.

Quæ aũt per yos apud græcos, apud nos per yis produ. ut erinnyis, thetys. Virg. Teq; sibi generum thetys emat omnibus undis.

Ruffus tñ Fest. chelys corr. Est chelis illa dehinc tenero q̃ lusit in antro. Priscia. ita ponit regulam in 7. In is productã, græca & latina, ut hic delphis uel delphin: hic Aris proprium, huius arinis, hæc soteris, huius soterinis: hic dis, huius ditis, i. Pluto, hic & hæc dis appellatiuum, huius ditis. i. diues: hæc uis, huius uis, hic & hæc samnis. Hæc ille. Corrip. coniunctiua præteriti temporis, ut legeris. Sed futuri temporis corripiuntur & producuntur.

Propert. Da mihi te facilem deperis in carmine uires.

Hora. Audieris hæres, ergo nunc damna sodalis.

Idem: Miscueris elixa simul &c̃. nisi per cesuras defendamus.

Corripiuntur autem potius, ut Iuue. Si dixeris æstuo sudat.

Hora. Dixeris egregie. Nescis inuenitur corr. apud poẽtas.

Ouidius: Nescit an exciderint mecum loca uenimus illuc.

Item possis. Iuuena. Cum possis honestius illic. Et matris corri.

Proper. Nutris in hospicio non Polydore pio.

Et dormis corr. Proper. Et soror cum qua dormis amica simul.

O S.

In os produ. ut bos, os oris Corrip. os ossis, compos, nepos, impos. Græca in os, Ilios, lemnos, neritos, chaos. Athos Virg. produxit. Corri. genitiuos græcorum, ut Pallados, arcados, pentheos. Produ. tamẽ demoleos, nicoleos, & id genus habentia genitiuum singularẽ o producto terminatum, lingua attica. Virgil. 2. æneid. Androgeos offert. Ouid. Viueret androgeos utinam ne fata luisset. Tros seu proprium, seu gentis nomen produ. Produc ea quæ apud græcos habent genitiuum ωος, & apud nos uertunt in ois, ut minos minois, & omnia quæ in ως apud græcos terminantur, ut ἥρως μίνως.

V S.

In us corrip. ut tempus. Produ. monosyllaba plus, mus, thus, pus. Producentia penultimam crescentis genitiui, Tellus, incus, salus, ut dicit Priscia. Gtõs singulares, ntõs, actõs, & uctõs plurales quartę declinationis, ut fructus. Produc. græca habentia genitiuũ in odis, melampus, œdipus odis, sed corrip. latine declinata. A pus composita, ponuntur ad placitum: dicunt enim Attici, πολυπους οἰδιπους τρίπους Eolici πόλυπος οἴδιπος τρίπος. Panthus & Iesus producũtur: in Iesus enim ultima diphthongus est, nostri ex ignoratione gręcę linguę corrip. panthus autem pro panthoos dicitur. Produ. gtõs græcorum, ut Didus, Sapphus. Habentia gtm̃ in untis, amacus, phicus untis. Palus Hora, corripuit: Regis opus sterilisq́; diu palus aptaq́; remis.

DE CARMINVM Scansione & gñibus.

¶ Tetrastichon Bebelij ad Lectorem.

Si quis apollinea caput exornare corolla,
Expetit, & certo uerba ligare pede:
Vt possis posthac dulces componere uersus,
Hunc adeat librum, qui dabit artis opem.

SCansio metro accidit. Est autẽ legitima metri in singulos pedes distinctio & cõmensuratio, sic dicta, quia per pedes ipsos tanq̃ per scalarum gradus scandẽtes incedimus. Vnde, si uocalis uocalem, uel consonantem m uocalis sequitur, metrum uitio datur, quia cacophaton, hoc est, malum sonum, qui ex uocaliũ & literę m concursu fieret, admittit. Sed tamen si metrum

tum ita instituatur, ut inter scandendum & commensurandum pedes consona m, uel uocalis elidi atq; omitti possit, minime uitio afficitur. Et ideo scansioni collisio tanq; accidens accommodata est. Cuius duæ sunt species, synalœpha & ecthlipsis. Synalepha est uocalis ante uocalem posite in scandendo lubrica collisio, ut ibi apud Ouidium:
Ludunt formosæ, casta est quam nemo rogauit.
ubi collidítur ultima uocalis in dictione. Ecthlipsis, est consonãtis m cum uocali præcedenti collisio atq; suppressio, ut apud Tibull.
Audiendum est fortes adiuuat ipsa Venus. Vbi m cum uocali precedente in dictione audiendũ supprimitur. Et ibi apud Hora. in saty.
Omnibus hoc uitium est cantoribus inter amicos:
Vt nunq; inducunt animum cantare rogati. Iniussi nunq; desistant.
ubi legitur in scandendo uiti pro uitium: & nun pro nunquam. Vbi aduertendum est, q s consona etiã sola quandoq; colliditur, sed tantum apud ueteres. Lucilius saty. lib. 1.
Quem neq; Lucanis oriundi montibus tauri
Ducere pro telo ualidis ceruicibus possit.
ubi semper abijcitur t in dictione montibus. Sueuius poeta in more.
Hoc genus arboris in prælatis finibus grais,
Differuere nouos fructus mortalibus dantes. ubi finibu mortalibu legitur. Catull. Affixus nostris tu dabis supplicium. ubi dabi legitur. At illa nobis conceduntur, nec temere usurpanda sunt. Quandoq; cum uocali abijcitur, ut in Catone:
Successus indignos noli sufferre moleste. ubi legitur succes, u & s collidendo. Et apud Virgil. Inter se coijsse uiros & decernere ferro. Sene. autem epi. 58. Sic legit Virgil. Inter se coijsse uiros & cernere ferro. Et addit quòd nũc cernere dicimus simplicis illius uerbi usus amissus est. Et apud eundem:
Aut ouium fœtus, aut urentes cuncta capellæ. Et alibi:
Hic Hammone satus & rapta garamantide nympha.
Et quamuis in unius dictionis fine & alterius initio synalepha fieri solet: est quando etiam in media dictione per hanc duæ syllabæ in unã coeant, ut Virgil.
Ferreiq; eumenidum thalami. Et centum ærei cludunt uectes.
& ferrei, & ærei penultima scandẽdo excluditur, sed hoc perrarũ est.

Nam in illa: Orphei calliopeia lino formosus Apollo. dtūs græcus est per synæresim, ut Orphei uel orphei: ita eī in dtō habet τοῦ ὀρφέως Orphi, τῷ ὀρφεῖ per duas syllabas, ut ε per synæresim, in ι transeat græcam diphthongon. In genitiuis similiter, quorum nominatiuus in ευς ει. in eus desinit: sæpe ei duæ uocales in unā transeunt, ut apud Ouí. Notus amor Phædræ nota est iniuria thesei.

Et Virgi. Furtumq; Promethei. Et item in datiuo. Proper.

Non sic æmonio salmonida mixtus enipeo. Et in accusatiuo:

Miratur & hismarus Orphea. Claud. Theodosius priuatus adhuc, &c. per synæresim theo in unam conuertit syllabam. Sic & Lactan.

Duodecies undis irrigat omne nemus. hic duodecies tetrasyllabum est. Sili. in 6. Cætera sinuatis glomerat sub pectore gyris.

Serenus: Ebibe seu salibus piper adde & tenue cuminum. ubi sinuatis trisyllabum, & tenue disyllabum legitur, & u consona fit. Fiunt præterea in exitu uersus synalepha & ecthlipsis, quoties superabundante syllaba sequens uersus à uocali inchoat. Virgil.

Ecce furens animis aderat tirynthus omnemq; accessum lustrans.

Et: At dulcis musti Vulcano decoquis humorem.

Aut folijs undam tepidi despumat aheni.

Huiusmodi uersus aūt una syllaba ampliores Hippermetri. i. superabundantes dicuntur. Habet hoc etiā locū in Sapphico, ut Horatius:

Mugiunt uaccæ tibi tollit hinnitum, apta. ibi hinnit scanditur.

Illud item aduertendum, uocalium concursu non semper ultimā præcedentis syllabæ, ut dictum est, abijci solere. Virgil.

Et longum formose uale, uale, inquit iolla.

Et clamarent in littus, hyla, hyla, omne sonaret. Et hic:

Posthabita coluisse samo. Hic illius arma. Horatius.

O & præsidium & dulce decus meum. Virgilius.

Credimus an qui amant ipsi sibi somnia fingunt. Et hic:

Insulæ ionio magno. In quibus omnibus non fit collisio. Ita etiam apud Virg. æglo. 2. Et succus pecori & lac subducitur agni.

Vbi præcedes uocalis non colliditur. Similiter & in Ouid. 15. Metamorph. Hæc Helenum cecinisse penatigero æneæ.

Nobis tamen hæ positiones sunt uitandæ. In prædictis igitur exēplis le, in secundo uale: la in secundo hyla; & lę in dictione insulę: natura

longe

longe, ratione sequentis uocalis, corripiuntur, quo non fit collisio. Ratio, quia quotiens uocalem longam alia, siue in eadem dictione, siue in diuersis, immediate se sequitur: detrahit ei uires suas, ut breuis fiat, teste Honorato grammatico Seruio. Vbi etiam notandum. Quando o, uel alia uocalis integra est, ad metrum alia sequente uocali, sine omni collisione poni potest.

Tibullus: O ego ne possem tantos sentire dolores.
Ouidius: O utinam tunc cum lacedæmonia classe petebas.
Horatius: Tonsori licino commiserit, o ego lenis.

Sed diceret tamen in hoc carmine Horatius,
Vale, uale, caue ne titubes, mandataq; frangas.
Propertius: Tu caue nostra tuo contemnas crimina fastu.
caue corr. ultimam naturaliter longã, & tñ non sequitur uocalis, ut superius est dictum. Dicendum secundũ Seruiũ, q; caue in eodẽ uersu uenit à uerbo cano, is, ere, tertiæ coniug. ne hoc inconueniẽs appareret, quoniam poetæ huiusmodi uerbis modo in secunda, modo in tertia coniug. usi sunt. Simile est illud Virg. 4. æneid.
Quod ve dabas gemitus cum littore feruere late. Vbi illud uerbum feruere in tertia coniugatione protulit. Similia sunt uerba illa sequentia: Tergo, tergeo, stupo uel peo, strido uel deo, surgo uel geo, olo uel oleo, cõniuo uel ueo, tueor uel tuor, sono as, & sono is, uno as, & uno is, sorbo uel beo, frigo uel geo, excello uel leo. Plura enumerat Prisci. lib. 8. de coniugatione. Petrarch. 11. æglog.
Hæc sedes Galatæa tibi est quam fulgere cernens.
Virgil. Auroq; effulgere fluctus. Vide etiam ultimã corri. unde: Hoc uide ne rursus leuitatis crimine damnes. Et unde in dictione ualedicere. Ouid. Idq; quod ignoti faciunt ualedicere saltem.
Item lauo, as, are: & lauo, is, ere. Horatius:
Phœbe qui xantho lauis amne crines. Virgilius:
Luminis effossi fluidum lauit amne cruorem.

In his compositis sequentibus aduerbijs, dehinc, deinde, deinceps, proinde, collisio in scandendo fieri solet. Iuuenalis:
Dehinc sermone pari concurritur, &c. ubi scandendo, Hinc legitur.
Virg. Sic deinde effatus frondenti tempora lauro.
ubi deinde legit. Idem: Incipe dameta, tu deinde, sequitu Menalca.

Idem: Proinde tonat eloquio solitum.
Et Hora. Redde,age quæ deinceps risisti prę̃mia.
Aliquando nulla fit collisio,ubi dehinc dissyllabum protulit Silius:
Dira dehinc in bella ruens rapideq; resoluens.
Et Festus Ruff. Et chelys illa dehinc tenero quam lusit in æuo.
Idem accidit in his tribus uerbis,deest,deerit,deerat.
Lucan. Non deest prolato ieiunis uenditur auro. ubi scandit deest.
Idem: Quiq; fluat multo non deerit uulnere sanguis.
Iuue. Pathicus tibi nunquam deerit amicus.
Ouid. Hoc ego quod uoci deerat plangore replebam.
Germanicus Cæs. Non teris imbres post hoc nõ flumina deerunt.
Præire,anteire,& similia,sub eadem regula cõtinentur.Ouid.12 Metamorph. Non animo quantoq; ratem qui temporat anteit.
Et Proper. Tu patrui maritas conare anteire secures.
Sed hæc omnia sine collisiõe poni etiam pñt. Nõ dij,& dtõ & ablto dijs. Sic etiam ij & ijdem,alterum iscandentes excludimus,ut
Dij quibus imperium hoc steterat,& dijs aliter uisum.
Manilius in 3. Multiplicans deciesq; abiectis insuper eisdem.
Legitur tñ qñq; etiam dissyllabũ, sicut debet regulariter prima corr.
Catull. Non ita me dij ament,quicq; referre putaui.
Ouid. Si nemo est,omnesq; dij non posse fatentur.
Cui & huic,monosyllaba interdum sunt.
Virgi. Cui uix attollens Palinurus lumina fatur.
Sic etiã alicui. Ouid. 4. trist. Cur q̃ties alicui chartę sua uincula dẽpsi.
Item: Huic cœpto faueas Iuppiter alme meo.
Virgi. Huic cõiunx Sichæus erat. Aliqñ nõ, sed dissyll. sunt.
Albinus: Ille cui cernis capitolia celsa triumphis.
Manil. li. 4. Sic erit & sordes fugienda petenda cuiq;.
Stati in syl. Lætus huic dono uideas dare iura nepotes.
Ruffus Fes. Finis huic gades septenaq; gurgite uasto.
Sic etiam est de cuilibet,sicut de cui & huic.
Horatius: Cuilibet argilla quiduis imitabitur uda.
Nota etiam apud Terentianum cui dissyllabum ambas corrip. sic & cuiq;. Versus sunt Terentiani,quos etiam Priscia. citat.
Verum ut cuiq; est proximitas loci soniue.

Idem

Idem: Ex ordine fulgens cui dat locum ſynopes.
Sunt enim carmina Sotadea,quæ conſtant é duobus ionicis maiore, & tribus trocheis. Vnicuiq; penultima producitur.
Manilius in 3. Vnicuiq; uices ſanxitq; ꝙ omnia ſumma.
Ei quoq; datiuus (teſte Priſcia.)monoſyllaba eſt,ſicut cui & huic.
Idem tñ indifferẽtiæ cauſa,ne.ſ.interiectio putetur,quarum qñq; per dieresim ſyllabarum comperitur,& tunc é ſyllaba corripitur,ut
Iuue.ſaty.5. Ire uiam pergant & eidem incumbere ſectæ.
Prærerea hoc ſæpius etiam in compoſitis apprehendo accidit, teſte Quintiliá,ut reprehendo uel reprendo. Teren.
Harum ſi nulla eſt ſpecies deprenſa magiſtri.
Heu quoq; monoſyllaba dictio diſyllaba reperitur.
Virgil. Heu quàm pingui macer eſt mihi taurus in aruo.
Horatius: Heu quantas equis,quantus adeſt uiris.
Hei interiectio, monoſyllaba eſt, & duæ ſyllabæ in unam coguntur diphthongum antiquam.Scaurus item tradit in pſeudolo Plauti,iam particulam fuiſſe in duas ſyllabas diuiſam,& priorem ſyllabam fuiſſe breuem.Subtrahit & in ſcandendo in compoſitis à ſemi,ſequenti uocali,ut ſemianimis,ſemihomo,ſemijuſtus.
Ouid. Frigidior glacie,ſemianimisq; fui.
Virg. Semihominis caci facies quàm dira tegebat.
Ouid. Semijuſtamq; faciem uigilata nocte uiator.
Illud quoq; aduertendum. Quód u poſitum poſt s,q, & g, ſequente uocali, in eadem ſyllaba euaneſcere, & uim literæ amittere, & ſcandendo excludi,ut lingua,aqua,ſuadeo, ſuauis.
Virgi.Suadet enim ueſana fames.
Ex quibus acer Erix in prælia ſuetus.
Legitur tñ in theba Statij:Imò agite & poſitis q̃ uox inopia ſuaſit.
Horatius: Cum mihi non tantum furesq; feræq; ſuetę.
Lucanus:
Fundit ab extremo flauos aquilone ſueuos.
Vbi ſueue ſuaſit,triſyllabę ſunt,& ſæpe alias: ſed in carmine tantũ poẽtarum licentia. Illud quoq; te non fugiat in ſequenti apud ueſtuſtiſſimos,non ſemper excuti conſueuiſſe.

Ennius: Insignita millia m. litum octo.
Idem & apud iuniores usurpatū est, aspirata p̄cipue uocali sequente.
Iuue. Viuendum est recte, tum propter plurima tum his.
Et Manil. sine aspiratione: Asperiorē agat mensem, si mensis in astrū.
Licet hoc rarissimum sit. Nec te lateat, q̄ q̄n i uel u iunctum in principio syllabę alicui uocali uel sibiipsi unam efficit syllabam, consonans est, ut ianua, uates, iuno, uinum, uultus. I autem consonans inter duas uocales posita, uim duplicis habet consonantis, ut Maia, Troia, talis remanet in casibus deductis, per diminutionem recti uel genitiui, ut cui, huic, in uocandi casu, præterquam in ei datiuo pronominis, in quo nocalis est, ad differentiam hei interiectionis.
Iuue. Ire uiam pergant & eidem incumbere sectæ.
Lucretius tamen monosyllabum ei protulit, lib. sexto.
Scilicet & fluuius qui uisus maximus ei est.
Inuenitur & i pro simplici cōsonante posita in istis, ut reiectis reiect⁹ & similibus, Priscia. autore. Martialis quoq; Cai dissyllabū protulit.
Si donare uoles promittere nec dare Cai.
Ouid. Accipe Pōpei carmen deductū ab illo. Pōpei trisyllabū fecit.
Tibul. Stamine nonnulli psoluenda deo. psoluenda pentasyll. fecit.
Nonnunq̄ ex duabus unā faciunt, p syneresim, uel potius synecphonesim. Virg. Vixerit æripedem ceruum licet aut erimanthi.
Ouidi. Aureus ille aries uillo spectabilis aureo.
Manil. Phætontem patrio curru per signa uolantem.
Ibi æripedē pro aeripedē, per syneresym dr, secundū Diome. q̄ quasi cursu cum uentis certaret. Alij autem uolunt nō ęreos pedes, sed ęneos habuisse, & uirtute currendi ęreos, quippe qui defatigaret, ut uult Apronianus, proinde nullam ibi esse figuram contendunt.

DE FIGVRIS SCANSIONI & arti metricæ accommodatis.

Metro figura accidit quandoq; dieresis, quæ syllabam in duas diuidit, ut dictum est. Virg. 4. æneid.
Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Pro aulę.
Syneresis, quæ duas syllabas in unam coniungit, ut dictum est.
Iuuena. Nos miranda quidem, sed nuper consule Iulio.

Et Var

E Varro: Cum te flagranti deiectum fulmine phæton.
Atq; Manili. Phætontem patrio curru per signa uolantem.
cum φαέτων phaeton trisyllaba dictio sit, æetas in prima syllaba dipthongo æ, secunda per e tantum scribitur, & trium est syllabarum. Ouid. tamen 12 Metamor. duarum fecit, cum ait:
Dissimilemq; animum subijt pater æta relictus.
Et aedon trisyllabum, sit disyllabum. Calphurnius:
Vocalem superet si dirus ædona bubo.
Apheresis, ubi simplex pro composito ponitur, & syllaba aufertur à principio. Ouid. primo Metamor.
Pone metum dixit nunquam tibi causa doloris.
Ibi pone ponitur pro composito depone. Prothesis, ubi compositum pro simplici ponitur, aut appositio literæ ad principium dictionis, teste Diomede. Virg. 2. æneid.
Arduus armatas medijs in mœnibus astans.
astans pro stans ponitur. Syncope est oblatio de medio dictiõis, ubi dixti pro dixisti. Ouidius:
Et quotiens raro duxti supiria motu.
ibi duxti pro duxisti. Epenthesis, quæ est contraria syncope. Horatius: Fingere cinctutis non exaudita cethegis.
ubi cinctutis, pro cinctis ponitur. Apocope aufert quandoq; ultimam syllabam. Virgil. 4. æglo. Claudite iam riuos pueri, sat prata biberunt. ubi sat pro satis ponitur, per apocopen aut aphæresim, ut alij dicunt. Paragoge contraria apocope, addit in ultimo syllabã aut literam. Virg. 1. Georgi.
Sint maculæ incipient rutilo immiscerier igni.
pro immiscerí ponitur. Ecstasis, ut dicit Diomedes, est extensio quę fit, cum correpta contra rationem, per licentiam producitur, ut Exercet Diana choros. Diana prima breuis, hic producitur.

Sistole, est correptio, contraria ecstasi, ut urbem Fidenam: fidena hic prima corri, quæ longa est. Sed hæc figura, ut Seruius in 7. scribit non debet fieri sine exemplo, hoc est, possumus uti exemplo poëtarum, fingere autem ad aliorum exemplar non licet. Antithesis, est literæ commutatio, ut: Imperet nunc uasto, pro impetu. Et olli, pro illi. Parallage, est cum alia quam quæ debet præpositio ponitur, ut

Cui tantum de te licuit, pro in te. Veteres solebant aliquid per prothesim dictionibus apponere, ut relliquiæ & rellígio. Nam cum simplici l scribantur, sitq; e uocalis correpta natura: uersus tamen gratia l geminatur. Virgili. Troas relliquias danaum &c. Item rellígione patrum. Et Iuuenalis Induperator pro imperator ponit. Sunt & alię figuræ, sed non est mentis meæ in hoc opusculo uelle uel posse comprehendere omnia.

SITVATIO PEDVM HEXAmetri seu Heroici, quod idem est.

Primo loco dactylus l. b. b.	uel spondeus l. l.
Secundo loco dactylus l. b. b.	uel spondeus l. l.
Tertio loco, Dactylus sine figura.	Iambicus cum figura.
Spondeus sine figura.	Tribrachus cum figura.
Quarto loco dactylus, spondeus.	Quinto loco dactylus solus.

Sexto loco spondeus proprie uel trocheus l. b.

Habet tamen interdum in quinto spondeum, ut Persius:

Sic costam longo subduximus apennino. ubi dicit commentator innominatus hoc genus uersus, si quando euenit, præstat decorem. si affectetur, mouet risum. Sic Iuuenalis in 11.

Qui plus lactis habet quàm sanguinis & montani.

Habet & anapestum. Virg. Fluuiorum rex Eridanus &c. Habet item proceleusmaticum. Virg. Reijce capellas. Valeri. Flacc. lib. 6.

Arietat in canthum. Et Silius in quarto:

Arietat in primos obijcitq; immania membra.

Et Tribrachum. Stati. Celsam crebris arietibus urbem.

At in ariete, testo Priscia. in 6. corrip. Excusant alij hæc carmina, q̃ i ponatur loco consonantis. Tu ad consequentiam & ad similia non trahas illa.

PRAECEPTA IN CONDENdis Carminibus obseruanda.

Primum p̃ceptum: Carmen condituro obseruandum uenit, ut in primis id quod descripturus est, tenaci sensu consyderet, an sublime arduum nesit, an abiectum. Et secundum rei scribendæ conditionẽ fabellas militariter inserat, producendę multitudinis gratia. Nunc ad historiam aliquam, nunc ad geographiam, astronomiam, aut latentem rẽ

tem naturam assurgendo. Sicut enim argento aurum circumfundit, ita uates ueris contemplationibus fabellas apponat, leporis causa, q̃d est poëtæ officium. Qui pacto bellum Troianum diuinus ille Maro assumens fabulosis ligauit figmentis. Postremo reperta & inuenta uerborum suauitare ita liget, ueluti genus carminis postulauerit.

Secundum præceptum. Hoc tamẽ notatu dignum fore munus reor, q̃ res hilaritatem præ se ferens, iucunditatem requirat fabularum uerborumq̃ elegantiam ac suauitatem. Sicut ècontrario, lugubris etiam tristem ac lachrymis plenam exigit nominum ac uerborum adinuentionem. Nam uerborum delectu maxime opus est, ne ab re nimium semota uideantur, quod non modico uitio datur. Verbis igitur electis, nunc suauibus, nunc canoris, ut res postulabit, utendum. A personarum quoq̃ decoro non deliremus summopere cauendum est.

Tertium præceptum. Summopere enitendum est, ut uerba inuersus itura nõ sint nimia antiquitate obscura & insinuata tortuosaq̃ adeoq̃ cognitu difficillima, uerborum enim obscuritas nõ modo uoluptuosa non est, uerum etiam amaritudinis plena, nihilq̃ iucunditatis secum attulit legenti. Vnde Quintilia. insti. lib. 1. Abolita atq̃ abrogata tenere insolentiæ cuiusdam & friuole in paruis iactantiæ est. Et Cæsar in lib. 1. de analogia. Habe semper in memoria atq̃ pectore, ut tanq̃ scopulum sic fugias inauditum uerbum, de quibus apud Gell. plura legas in li. 1. Duriciem etiam conatum quẽdam & scabriciem uerborumq̃ ociũ & nouitatem uitemus & aperte dicemus. Nec nouis quidẽ uerbis & à doctis nõ usurpatis utendũ est. Vñ Quintil. lib. 1. Noua non sine periculo fingimus. Onomatopeia quidem fictio nominis græcis inter maximas habita uirtutes nobis uix permittitur. Deniq̃ tanq̃ consumpta sint omnia, nihil generare audemus ipsi. Cum multa q̃tidie ab antiquis ficta moriantur. Et Cice. in arato: Ergo ille tenuis orator mõ sit elegãs, nec in faciẽdis ꝟbis erit audax.

Quartũ p̃cep. Cũ rerũ naturę proprietatib. ipsis liqdò demõstrent̃, eo magis operatũ unicuiq̃ adhibendũ est ut epithethon, hoc est, adiectim̃ ꝓprio substãtiuo apponere nõ negligat, q̃busdã dictionib. ornatus gr̃a interpositis, ut carmen aliqd succi habere uideat̃, q̃d Virg. accurate seruauit, q posuit frig⁹ opacũ, turtur gemẽs, pisces nudi, limosꝰ

iuncus,

luncus,lac præſſum, uenti luctantes,tẽpeſtates ſonore,mors pallida, quod Lactantius diligentiſſime etiam ſeruare ſtuduit, dicens:
Altius igniuomum ducit cœli orbita ſolem.
Qui uagas oceanas exit,& intrat aquas.
Ita dicit Beda: Studendum eſt præterea meretricis quantum ars decoro non obſiſtit,ut mobilia nomina fixis præponuntur,ſed ne continentia nomina coniunctim ponat, uerum interpoſita qualibet alia parte orationis.
Mitis in immitem uirga eſt animata draconem.
Non ꝙ hęc ſemper obſeruari neceſſe ſit:ſed quia cũ fiunt,decore fiũt.
Hæc ille. Synonimorum quoꝙ copia opus eſt,ut ſi unum uerbum carmen non patiatur,reliquum inſeratur. Pro cuius quidem præcepti complemento, plurimos legiſſe poëtas iuuabit. Indeꝙ ueluti ex fonte ubetrimo latina uerba ſynonima epitheta rerum hauſiſſe iuuabit,quo fit,ut nemo ignauus & iners perpolitum condat carmen, ꝙd teſte philoſopho primo poëtice nobiles & uirtute conſpicue duntaxat animę adinuenerunt.
Quintum præceptum. Vocalium crebrę concurſionis,eiuſdem literæ ſyllabæ aſſiduitas,diſſonantiaꝙ & ſibilatio magis etiam quàm in ſoluta oratione uitanda eſt,ut
Ad Mala patrata ſunt atra theatra parata. Et Cic.de ſuo conſolatu. O fortunatam natam me conſule Romam.
Virg.in nono:Portet equus criſtaꝙ tegit galea aurea rubra.
Hic dicit Seruius:Sane huiuſmodi uerſus peſſimi ſunt.
Sextum præceptum. Seruius grammaticus,ſuper 8.ænei. dicit: Sciendum hoc eſſe uitioſum,in monoſyllabum finire uerſum,niſi forte ipſi monoſyllabo minora explicentur animalia. Virgil. compeſcitur ſus. Horat. & amico luto ſus. Idem:
Parturiunt montes naſcetur ridiculus mus.
Gratiores enim ſunt iſti uerſus ſecundum Lucilium. Hęc Seruius:
Septimum præceptum. Ne quiuis pes proprium ſibi uendicet uocabulum cuebis,ſed continue ex multis dictionum ſyllabis pedũ iunctura fiat:Et ideo male quidam:
Carmen doctum fœmina ſimplex condere neſcit.
Et alius: Illum nobis ſaluum ſeruet Iuppiter almus.

PRAECEPTA DE HEROICI CARMINIS nomine.

Heroicum dicitur carmen, quia gesta heroum, hoc est, uirorũ fortium, aut semideorum, ut Herculis, Aeneæ, Achillis, Hectoris, Pompei, Iulij, & similium, Regum ac ducum negotia magnifica & grauia hoc carmine describantur. Quod Hora. tetigit, dicens:

Res gestæ regumq; ducumq; & tristia bella:
Quo scribi possunt numero, monstrauit Homerus.

Hexametrum, quoq; fertur, siue senarium á pedum & regionum numero. Pythium Homerum dictum, ait Beda, eo q; Apollinis oracula illo sunt metro ædita. Vel Pythium, ut dicit Fortunatianus, á Pythone: Nam cum arcum in eum intenderet Apollo, Nymphæ cũ hoc uersu hortate dicuntur. Et teste eodem: Deliacum dicitur, quia hoc genere Phemonoe Apollinis uates uaticinata est.

¶ De Heroici carminis structura.

Versus Heroicus sex habet regiones quibus constituitur, de quibus superius audiuistis. Scias tamen semper ultimam indifferentem esse in omni uersu, Quintiliano teste. Consyderandum etiam, q; dactylo creberrime utimur, cum impetum & uehementiam maiorem rei seruare uolumus, quod & Virgilius seruasse fertur:

Quadrupedante putrem sonitu quatit ungula campum.
Et tremit omne solum ualido sonituq; resultat.

Dum itaq; quemuis strepitum ita murmure describimus, literam m & r frequenter interserimus, ut:

At tuba terribili sonitu procul ære canora, Increpuit. Idem:
Inde ubi clara dedit sonitum tuba finibus omnes,
Haud mora, sed siluere suis, ferit æthera clamor.

Spondeum aũt sępe interponamus, cũ graues personas & ætate prouectas inducimus, ut Diomedem Virg. latinoꝝ legato rñdentem.

O fortunate gentes saturnia regna. Et Dido ad Aeneam:
Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ.

Quæ dum ita obseruantur, splendorem afferunt carmini nõ modicum. Languidę præterea res commodę hoc pede enarrantur, ut:

Inuadunt urbem somno uinoq; sepultam.

Rei etiam tarditati atq; difficultati & admiratione exprimendæ plurimum.

rimum conuenit. Alias mixtim, nunc dactylus, nunc spõdeus ponendus est, ne uel tarditate nimia fastidium generet uersus, uel celeritate repentina nimis superbe incedere uideat, aut citius memoriam audientium & auditum subterfugiat. Quidam tamen nonnullos pedes alios in hoc carmine admittunt, sed non nisi necessitate coacti, aut licentia potius poëtica & ornandi poëmatis gratia. Nobis autem enitendum est, ubicumq; facultas se obtulerit, & peregrina pedum interpositione missa facta, eos duntaxat inseramus pedes, quos alij acceptant, ne à communi omnium obseruantia alieni uideamur, & in errorem præcipitemur non modicum. Versus Heroicus claudat duobus, tribus, quatuor, quinq;, uel sex uersibus unam sententiam Nam (ut dicit Beda præsbyter) in Hexametro carmine concatenatio uersuum plurimorum, solet esse gratissima, quod in Aratore, Prudentio & Sedulio frequenter inuenies, modo duobus, modo tribus, modo quatuor aut quinq; uersus, nonnunq̃ sex uel septem, uel etiam pluribus connexis ad inuicem. Verum huiusmodi connexio, si ultra modum procedat, fastidium gignit ac tedium. Hæc ille.

¶ De carminis Elegiaci nominibus.

Elegiacum carmen, quod hexametro, pentametroq; uersu alternatim locato constat: dicitur ἀπὸ τοῦ ἐλεγσέος .i. à miseratione, q; prisci eo utebantur ad compassionem mortuorum concitandam. Inde lamentationes suas & calamitates & epitaphia elogia scribebant, ut res funebres, casus afflictorum, amatores iocos lætiasq;, & fere omnia q̃ affectu hominum corda solicitant: uel, ut inquit Horæ, in arte poëti.

Versibus impariter iunctis quærimonia primum.
Post etiam inclusi est uoti sententia compos.

Quis aut primus inuenerit hoc genus carminis, dubitat̃ apud grammaticos. Vnde Hora. Quis tamen exiguos elegos emiserit autor.

Grãmatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

Teren. ita dicit: Pentametrum dubitant quis primus finxerit autor. Quidam non dubitant dicere Callionum. Pentametrum uero perhibetur à pedum numero, à πέντε, id est, quinq;, & μέτρον mensura, quasi habens quinq; pedes.

¶ De eius compositione & decoro.

Elegiacus uersus quinq; conflatur regionibus, & ob hoc pentameter dici-

ter dicitur. In prima & secunda regionibus dactylum uel spondeum sine ullo discrimine requirit. In tertia solum spondeum. In quarta & quinta anapestum, ex duabus primis breuibus, & ultimis longis constantem. Quòd si in illa syllaba tertij pedis iambus inueniatur, ita q breuis sit, pro longa tñ ponitur, q illic pars orationis finiatur, ut apud Ouidi. Arte leuis currus, arte regendus amor.

Faciliùs tamen hunc uersum componemus, si ipsum in mediũ diuidamus, & in posteriore parte duos dactylos cũ semipede ponamus, & in priori similiter uel ambos spondeos uel mixtos & sibi indecentes cum semipede, ut unde uersus quadrimeter sit: & hypercatalecticus, qui in duabus syllabis abundaret, in medio uidelicet & in fine. Præterea ipsum uersum elegiacum nulla aptius atq; gratius quàm uox disyllaba claudis, aut quatuor syllabarum in monosyllabum si finierit, deficere uideretur. Sæpe tamen reperitur etiam apud receptissimos, in trisyllabum etiam non adeo bene finitur, sæpissime tamen inuenitur apud cultissimos.

Vitandum quoq; ut sententia ad tertium uersum suspendatur, ut

Omnes humanos sanat medicina dolores.

Solus amor morbi, non amat artificem.

Elegiam decet esse uersu leni & minime assurgenti inoffenso prodire sua sponte ex ore nro uideaf. In pentametri insuper longas dictiones libenter admitti uolũt, q græca cõsuetudine cõmendentur. Hexametri tamen ex pluribus dictionibus constantes, crebris dactylis elegantiores ac magis leniter currere existimantur, præsertim in Elegijs ac epigrammatis. Habet & suam autoritatem & decorem: si interdum longioribus particulis componitur, ut apud Virgilium.

Pastorum musam Damonis & Alphesiboei.

¶ De Sapphici carminis nomine & structura.

Sapphicus uersus, à Sappho puella Lesbia inuentrice perhibetur, quæ multa de amore hoc genere carminis scripsisse fertur, autore Ouidio in trist.

Lesbia quid docuit Sappho, nisi amare puellas.

A pedum uero numero pentametrum dicitur carmen. Nam quinq; integratur pedibus. In prima em regione trocheũ assumit, ex prima longa & ultima breui confectũ, in secũda spondeũ, in tertia dactylũ,

in quar

in quarta trocheum, in quinta trocheum aut spondeum. Vltima eñ indifferens est. Primo trocheus l. b. Secundo spondeus l. l. Tertio dactylus l. b. b. Quarto & quinto trocheus solus l. b. aut spondeus in quinto l. l. Vltima tamen semper est indifferens. Sic ornate efficitur sapphicum, q̃ prima dictio dissyllaba. Secunda trisyllaba. Tertia quadrisyllaba. Vltima similiter dissyllaba, potest tñ esse quadrisyllaba, sed rarius. Si uero prima dictio monosyllaba fuerit, secunda sit disyllaba uel trium uel quatuor syllabarum.

De Adonico.

Carmen Adonicum maxime & iucundissime sapphicis iungitur, ita, ut post tres uersus sapphicos, unus sequatur adonicus sententiam terminans. Ea de re eius compositio nunc dicenda uenit. Nomen habet ab Adone adolescenti pulcherrimo, Veneri dicato, & uenatore sagaci, eo q̃ cum forte aprum Veneris læsit, ab ea occisus fertur. Dicitur enim dimeter uersus, nam ex duobus duntaxat conflatur pedib. ex primo uidelicet dactylo, & secundo spondeo aut trocheo, ut hic:

Phosphore æterne dator & minister
Lucis & noctis nebulas opacas
Atq; funestas remouens tenebras
Lumine claro.
Cur diem uelox properas olympo
Reddere heu nostris inimica uotis
Dum meos artus agasina tangens.
Gaudia confert.

Carmen adonicum male sonat repertum in una dictione, ut: interiturum, exuperasti, sed prima dictio trium, & secunda duarum syllabarum debet esse, uel econtrario. Est & hoc obseruandum in illo carmine, q̃ epitheta dictionum contentarum in carmine adonico debent poni in carmine præcedenti, ut uideantur condependere, ut ita loquar.

De Asclepiadei carminis nominibus & structura.

Asclepiadeum carmen, quod ad magnanimos creberrime scribit uiros, nomen accepisse creditur ab inuentore Asclepiade. Choriambicum à pede dominium obtinente in eius structura: nam primã eius regionem semper spondeus occupat: secundam & tertiã semper choriambus,

riambus,ex prima & ultima longis, & duabus mediis breuibus constans. Quartam uero Pyrrichius ex ambabus breuibus aut iambis. Nam nulla lege coërcetur ultima,ut Mœcenas atauis edite regibus O & præsidium & dulce decus meum. Item potest etiam componi per dactylos,itaq; in prima habet spõdeum,secunda dactylum, & in tertia syllaba sit superabundans,& in ultimis duabus dactylus.Situatio pedum metri asclepiadei: Primo spondeus. Secundo dactylus. Tertio una syllaba superabundans,quę debet esse longa,uel per figuram breuis.Quarto & quinto dactylus.

PHALETICO.

Phalæcium carmen ab inuentore dictum. Vnde Terentianus: Hoc Cereri metro cãtasse phalæcius hymnos. dicitur: hinc metron dixere phalecion istud trochaicũ perhibetur à pedis dominio.Et pentametrum à quinq; pedibus quibus conficitur. Recipit em̃ in prima regione spondeum,in secunda dactylũ, in tertia & quarta trocheum solum,in quinta similiter trocheũ uel spondeũ ultimę gratia in prima etiam eius regione,q̃d rarum & fugiendũ iambus inuenitur. Catull. Meas esse aliquid putare nugas. Sic in tertia regione. Boetius: Fatum sub pedibus ægit superbum. Exemplum.

O rerum pater,o benigne factor,qui mortalia cernis ordinasq;.

Pedes Primo loco,spondeus.
Secundo,dactylus.
Tertio,
Quarto, Trocheus uel spondeus in quinto solum loco.
Quinto,

¶ De Iambico carmine.

Iambicum carmen trimetr̃,ab Iambo sic dictum,ab Archilocho, primum inuentum.Constat enim pedibus sex.Recipere potest locis omnibus iambum,maxime apud tragicos. Dactylum, tribrachũ locis omnibus,p̃ter nouissimũ. Spondeũ anapestũ locis tm̃ imparibus. Et nonnunq; in sexto spondeum.Loci impares dicuntur:primus,tertius & quintus.Pares v̄o,secundus,quartus & sextus.Queri aũt solet,cur trimeter appellet̃,cum senos accipiat pedes,q̃m.s.tanta est breuitas pedum,ut iuncture binos complectantur pedes.Iambũ aũt pedem esse celerem,ostendit Hora.Syllaba longa breui subiecta uocatur iambus pes citus, Antea totus uersus iambicus iambis cõstabat.

Nunc adhibentur etiam nothi. Vnde est illud Horatij in poetica. Primus ad extremum similis sibi .i. antea totum iambicum metrum iambis constabat: nunc uero, ut dictum est, adhibentur etiam nothi. Vnde quia in sexto pede retinuit huiusmodi carmen spondeum siue trocheum cum iambo & pyrrichio claudi deberet, appellatum est scazon .i. claudicans, & quasi alienis pedibus in fine maxime sustentẽtur & claudicet Martia. Apollinarem conueni meum scazon. Et differt à perfecto senario iambico, & hic in sexta sede spondeus esse debet, in quinta semper iambus. Iambicum adiuentum est ad nocendum ab ἰάπτω .i. noceo. Archilochium Lacedæmonium inuentorem fuisse testatur Horatius. Archilochium proprio rabies armauit iambo.

Iambus b. l.

Primo, Spondeus Anapestus, b. b. l.
Pedes iam Secundo, Iambus.
bici carmi Iambus.
nis. Tertio, Spondeus. Anapestus.
Quarto, Iambus. Iambus.
Quinto, Spondeus. Anapestus.
Sexto, Iambus.

Dactylus, l. b. b. Tribrachus, b. b. b. omnibus locis ponuntur, præter nouissimum.

¶ Situatio pedũ in metro Pentametro siue Elegiaco.

Primo loco dactylus, l. b. b. uel spondeus. Secundo, dactylus, spondeus. Tertio, spondeus, sine figura: uel iambus cum figura. Quarto, anapestus solus, b. b. l. Quinto tribrachus solus, b. b. b. uel anapestus, b. b. l.

• Vel melius.

Primo dactylus, spondeus. Secũdo dactylus, spondeus. Tertio sit tm̃ una syllaba terminans partem orationis. Quarto dactylus solus. Quinto, dactylus. Vltima manet syllaba superflua partẽ orationis.

¶ De diuersorũ uersuum connexionibus, ex Sulpitio.

Iam uarias uersuum cõnexiones ostendam. Sed primũ nosse oportet singulas ferè species per se stare, & librum etiam conficere posse, diuersisq; materijs, diuersa genera carminum accõmodanda, & Flaccum & Ouidium præcepisse: itaq; bella Regum Ducumq; negocia magnifica, heroico carmine complectemur, Quærimonias, iocos, & lætitiæ

lætiam Elegiaco. Sed eo etiam in sacris est usus Ouidius. Conuitia iambico eodemq; res comicas humilium personarum gesta & sermones. Eodem principum scelera & tragœdias exponemus. Lyricis uero omnia illa quæ Horatius demonstrat in arte poëtica, cuius te studiosum esse cupio.

Musa dedit fidibus diuos puerosq; deorum.
Et pugilem uictorem & equum certamine primum.
Et inuentum curas, & libera uina referre.

In alijs uero doctorꝫ sequemur exempla. Hęc quoq; sunt necessaria cognitu. Carmen uno uersuum gñe constans, monocolon, i. unimẽbre dicimus, ut Lucani. Quod aũt duobus gñibus, dicolon: quod tribus, tricolon. Illud autem q̃d secũdo loco accipit uarietatem, quia ad primum post duos conuertimur, distrophon appellamus, ut est elegiacum. Quod quarto loco, tetrastrophon, ut sapphica adonicum præcedentia. Nunc de dicolis, distrophis, inde de reliquis disseramus.

¶ Carmina dicola Distropha.

Heroico uersui annectitur elegiacus, quod connexio elegia dicitur, & fit dicolos distrophos, ut:

Angustam gryphis dominam te semper amabo.
Respice cultorem gens perusina tuum.

Heroico subijcitur Alcmanicus dactylicus tetrameter acatalecticus constans quatuor dactylis aut spondeis siue promiscuis, ut:

Laudabant alij claram rhodon aut mytilenem.
Aut ephesum bimarisve Corinthi. Hora.

Heroico iungit archilochius dactylus dimeter hypercatalecticus, ut:

Diffugere niues redeũt iã gramina cãpis, Arboribusq; comę. Hora.

Heroico archilochius constans dimetro iambico acatalectico & pẽtemimeri heroica, ut: Horrida tempestas cœlũ contraxit & imbres,
Niuesq; deducunt Iouem nunc mare nunc syluæ. Horati.

Heroico archilochius dimeter acatalecticus constans iambis quatuor, sed imparibus trocheum siue spondeum admittens, ut:

Mollis inertia cur tantã diffuderit animis
Oblitionẽ sensibus. Hora.

Heroico hipponactius trimeter iungitur, constat iambis sex, quem in locis paribus seruat, ut: Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma uiribus ruit. Horatius.

Choriambico monometro anacreontio, qui constat choriambo & bacchio subdit sapphicus trimeter choriambicus. Epitrito secũdo, & duobus choriambis constans & bacchio, ut Lydia dic per omnes.

Te deos oro sybarim cur properas amando. Hora.

Choriambico gliconico trimetro, qui fit spondeo choriambo & pyrrichio nectitur. Asclepiadeus cõstans spondeo dactylo penthemimeri duobusq; dactylis uel spondeo duobus choriambis & iambus, ut:

Sic te diua potens cypri. Sic fratre helenæ lucida sydera. Hora.

Archilochio dactylico, qui constat tetrametro bucolico & trib. trocheis iungitur. Archilochius ex pentemimeri iambica & tribus trocheis, ut: Soluitur acris hyems grata uice ueris & fauoni,

trahuntq; siccas machinæ carinas. Horati.

Archilochio acatalectico, qui cõstat amphimacro & duobus iambis.

Hipponactius catalecticus, ex quinq; iambis & syllaba, ut:

Non ebur neq; aureum Mea quidem in domo lacunar. Hora.

Archilochio iambo trimetro acatalectico, qui spõdeum & anapestũ in imparibus recipit. Archilochius iãbicus dimeter acatalecticus, ut:

Quicunq; sola menti præcipiti petit.

Summamq; ardet gloriam. Boetius.

Archilochio trimetro subditur elegiacus, ut:

Quod uis fluenti dines auri gurgite.

Non expleturas cogar auarus opes. Boeti.

Hipponactio iambico trimetro acatalectico. Archilochius dimeter acatalecticus iambicus, ut:

Ibis liburnis inter alta nauium amice propugnacula. Hora.

Hipponactio trimetro acatalectico iungitur sapphicus ex pentemimeri heroico & dimetro iambico, ut:

Pecti nihil me sicut antea iuuat.

Scribere uersiculos amore perculsum graui.

Asclepiadeo qui spondeo dactylo pentemimeri duobusq; dactylis constat, nectitur pherecratius inter duos spõdeos dactylum hñs, ut:

Si quantas rapidis fluctus Pontus uersat arenas. Boeti.

Asclepiadeo supradicto archilochius iambicus dimeter acatalecticus iungitur, ut: Heu, heu quem miseros tramite deuio.

Abducit ignorantia. Boetius.

Sapphi

Sapphico, qui fit ex trocheo spondeo dactylo & duobus trocheis adijcitur gliconicus dactylus ex spondeo duobusq; dactilis, ut:

Cum polo Phœbus roseis quadrigis Lucem spargere cœperit,

Anacreontio iambico dimetro catalectico pherecratius trimeter iungitur, ut: Quisquis uolet perennem Cautus ponere sedem. Boeti.

Phaletico pentametro hendecasyllabo iungitur archilochius ex duobus dactylis totidemq; trocheis:

Quamuis se tyrio superbus ostro,
Comeret & niueis lapillis. Boetius.

Phalecio eidem elegiacus, ut:

Quid tantos iuuat excitare motus,
Et propria natum solicitate manu. Boetius:

Alcmanio dactylico tetrametro acatalectico connectitur archilochius dimeter iambicus acatalecticus, ut:

Sunt enim pennæ uolucres mihi,
Quæ celsa conscendant poli. Boeti.

Alcmanico dactylico trimetro hypcatalectico spondeũ ubicq; suscipienti pherecratius anapestum quandoq; admittens adijcitur, ut

Omne hominum genus in terris Simili surgit ab ortu. Boeti.

Alcmanico dimetro trochaico acatalectico. Pherecratius, ut:

Quos uides sydere celsos. Soli culmine reges. Boetius:

¶ Carmina Dicola Tetrastropha.

Asclepiadeis dactylicis tetrametris tribus gliconicus adijcitur, & fit dicolos tetrastrophos, ut. Scriberis uario fortis & hostium. Victor Mæonij carminis alite. Quam rem cumq; ferox nauibus aut equis, Miles te duce gesserit. Hora. Et Hymnus, Festum nũc celebre. Sapphicis dactylicis tribus adonius dimeter dactylicis iungit, ut: Iam satis terris niuis atq; diræ. Grandinis misit pr & rubente Dextera sacras iaculatus arces, Terruit urbem. Horatius.

¶ Carmina Tricola Tetrastropha.

Asclepiadeis duobus tetrametris subditur pherecratius statimq; gliconicus huic adijcitur, & fit dicolos tetrastrophos, ut:

Quis multa gracilis te puer in rosa. Perfusus liquidis urget odoribus
Grato pyrrha sub antro. Cui flauam religas comam. Hora.
Et Hymnus, Gaude uisceribus.

Alcaicis duobus ex iambica pentemimeri duobusq; dactylis hæret archilochius iambicus dimeter hypercatalecticus spondeum suscipiens in imparibus, quem statim pindaricus tetrameter sequitur, ut:

Vides ut altum det niue candidum Soracte nec iam sustinẽat onus,
Syluæ laborantes geluq;. Flumina constiterint acuto. Hora.

Catalecticus autem uersus dicitur, cui una syllaba deest. Brachicatalecticus, cui duæ. Acatalecticus, qui legitimo fine concluditur. Hipercatalecticus, cui una syllaba supereſt.

¶ De Pedibus, ex Sulpitio.

¶ Pes est syllabarum & temporum certa dimensio. Et à similitudine pedum corporis uersuum pedibus nomẽ indutũ uidetur. Quemadmodum corpora mouere pedibus uidemus: ita uersus ipsi cũ scanduntur, quibusdam pedibus incedere uidentur. Accidunt autẽ pedi sex, Arsis & thesis, numerus syllabarũ, tempus, resolutio, figura, & ordo. Arsis & thesis, est eleuatio uocis & positio, ut Arma, ar eleuatio est: ma, positio est, quæ in paucioribus duabus syllabis fieri nequit.

Numerus syllabarũ accidit, ut spõdeo duarũ, dactylo triũ, choriambo quatuor. Tempus est ipsa mora pronunciandi. Resolutio dr̃ una syllaba pro duabus uel e regione, si syllaba longa pro breui, uel è contra, uel si pes pro pede ponatur. Figura duplex est Simplex, ut disyllabis, trisyllabisq; pedibus, qui proprie pedes dici solent. Composita, ut quadrisyllabis, qui improprie pedes dici uidentur: nõ q; alij sunt à simplicibus, sed quia quædam coniugationes seu compositiones ex simplicibus dici possunt. Ordo autẽ accidit pedibus, quia certo ordine & serie in carminibus ponuntur, in quibus nos ut nostris: sic illi debito & regulato ordine incedere uidentur. Perspectis pedum accidentibus iure subiungitur diuisio. Diuiduntur em̃ oẽs pedes hic numero duo de triginta in tris partes. Disyllabos uidelicet trisyllabos et quadrisyllabos. Disyllaborũ sunt quatuor, quorum pyrrichius est primus, ex duabus syllabis breuibus constans, ut deus. Dictus autem à Pyrrho, qui primus uictoria potitus frequentibus pyrrichijs laudatus fertur. Vel ab inuentore est denominatus, & alio nomine etiã peniambus dici potest. Secundus est spondeus, duabus longis constans, ut Fornax, pedum omnium legitimus, qui in heroico carmine omnẽ uendicat sibi locum: licet in quinto perraro reperiatur. Dictus.

à σπονδὴ græco, quod est líbamẽtum fœdusq; ac sponsionẽ apud nos significat. In sacrificijs em̃ et líbamentis eo maxime utebant̃. Tertius est iambus, ex prima breui & longa altera cõstans, ut si, ex, quem autore Fabio non admittit uersus heroicus. Ab inuentore, ut nonnullis placet, dictus. Alij aũt græca dictione ἰαμβίζω deducunt, quod contumeliari & inuehi significat. Et Festo teste, iambi dicebant̃, qui singuli ex proscænio loquebantur. Triambi qui terni. Quartus trocheus, qui & choreus dici põt, constans ex lõga & breui, ut magnus, propter celeritatem & uolubilitatem sic dictus, & q rotatim & celeriter dr̃. Nã trocheus græce, latine rota dr̃. Vel posse etiã denominari à græca dictione trechin. i. à currendo, qa cursum suũ habeat de longa sylla ba in breuẽ. A Mercurio repertus, & ultimũ locũ tenet. A græcis etiã trocheos appellat̃. Trisyllaborũ pedum sunt octo, q̃rum primus est tribrachus, ex tribus constans, ut Marius, qui etiã choreus dicitur, eo q frequenter in choreis ueteres usi sunt. Denominatur aũt tribrachꝰ à tris & brachis quod breue significat, eo q tres brachas. i. breues habet. Secundus est Molossus, ex tribus longis constans, ut sanxerunt. A molossa, hoc est, epirotica saltatione sic dictus. Vel q eo metri genere Odas in templo Iouis canere consueuerant, ad laudẽ & memoriam Molossi Pyrrhi & Andromaches filij, à quo etiam molossa regio, pars Epiri, nomen sumpsisse existimatur. Tertius est anapestus ex duabus breuibus & longa constans, ut rabies. Componi uidetur ex ana. i. re, & παίω. i. ferio, eo q repercutiat dactylum, sono reciproco: à græcis enim antidactylus, quasi dactylo contrarius nominatur. Quartus est dactylus, ex longa & duabus breuibus cõstans, ut agmina. A dactylo græco, quod digitum significat, deriuari uidetur, à similitudine uidelicet digitorum, qui ex tribus partibus cõstant, una longiore duabus breuioribus. Quintus est amphibrachus ex longa inter duas breues constans, ut amauit. Sic dictus, q in utraq; parte habeat breuem, ab ἀμφί. i. circum, & brachys quod est breuis. Sextus est amphimacrus, contrarius amphibracho, ex breui inter duas lõgas constans, qui etiã amphimacer, & creticus dici põt. Vocatur aũt amphimacrus, eo q ex utraq; parte longã habeat, macros enim lõgus significat. Septimus est bacchius, ex breui, & duabus longis constans, ut biberũt. Sic dictus, eo q gñe utebant̃ in carminibus sacrorũ Bacchi. Octauus est antibacchus, uel palumbus, qui & croneus dicitur,

ex duabus longis & breui consistens, ut dilexit, dictus antibacchius, q̃ bacchio omnino sit contrarius. Quadrisyllaborum sunt sedecim, quorũ primus est Proceleusmaticus ex quatuor breuibus constans, ut: reijcere, dictus quasi primitus iussus, ut Calepino placet, eo q̃ in sacris Mineruę prius eius pedis uersus pronunciari uidebantur, pro eũ græca dictio, ante, & κελεύω iubeo significat. Secundus est dispondeus, ex quatuor longis compositus, ut ambubaie, fortunati. Sic dictus, q̃ ex duobus spondeis iunctus sit. Tertius est Ionicus minor, ex pyrrichio & spondeo compositus. Habet enim priores duas breues, & posteriores longas, ut retulerunt. Sic dictus ab Ionio Arcadis filio, uel ab Ionibus inuentoribus, apud quos fuit in usu. Quartus est Ionicus maior, ex spondeo & pyrrichio cõstans, ut munimime. Quintus est dijambus, ex duobus iambis compositus, ut momorderant. Sextus est ditrocheus, ex duobus trocheis cõpositus, ut Martialis. Septimus est antispastus, ex iambo & trocheo compositus, ut petiturus. Octauus est choriambus, ex trocheo & iambo, ut effigies. Nonus est peon primus, ex trocheo & pyrrichio, ut carminibus. Dictus ab inuentoris nomine, uel q̃ hoc metro Apollinis canebant laudes. Decimus est peon secũdus, ex iambo & pyrrichio, ut imagine. Vndecimus est peon tertius, ex pyrrichio & trocheo, ut animabus. Duodecimus est peon quartus, ex pyrrichio & iãbo ut retulerant. Tredecimus est epitritus primus, ex iambo spondeo ut amauerũt. Dictus ab epi, id est, supra, q̃ supra tres alias diuersa ponatur. In eo eñ una syllaba semper ab alijs tribus discrepat. Quartusdecimus est epitritus secundus ex trocheo & spondeo, ut impudici conditores. Quintusdecimus est epitritus tertius ex spondeo & iambo effecerant. Sextusdecimus est epitritus quartus ex spondeo & trocheo, ut oratoris, Constantinus.

RACEMATIONES BEBELIANÆ, & exquisitæ obseruationes in carmine obseruandæ. Caput Primum.

Primum uerificator multo liberius est in uocabulis q̃ orator. Nã capere potest frequenter totum pro parte, & e diuerso. Item inuentor pro re inuenta, & possessorem pro re possessa, & similia: quod orator

oratori nisi in pauciſſimis non licet, exemplum ut apud poëtas, Mucro pro gladio ponitur,& tectum pro domo, puppis pro naui,abies pro tabellis,& pro gladio ferrum,aut pro equo quadrupes. Quę aliquando etiam oratori,teſte Quintilia.licent.Rurſus eleganter Cererem pro pane ponunt,Neptunũ pro aqua,Vulcanum pro igne,Martem pro bello,Venerem pro coitu,Liberum & Bacchum pro uino. Item ſpeciem pro gñe, ut Virgilius. Dentesq; ſabellicus excauit ſus. ibi ſabellicum ſuem pro quolibet ſue poſuit. Et idem:

Illas ducit amor trans gargara transq; ſonantem

Aſcanium, ibi gargara pro quolibet monte,& Aſcanium pro quolibet flumine,teſte Seruio poſuit. Item ſæpe nomen pro aduerbio, ut Viugi.Sublime uolans,& ſole recens. ibi ſublime & recens pro aduerbijs ponuntur. Item: Tranſuerſa tuentibus hirquis & rauca ſonant. apud eundem. Virg.Nos ſequi poſſumus exempla illuſtrium,noua inuenire non debemus: nec oratores,teſte Seruio.utuntur iſta figura. Aduerbium item in nomen tranſit,ut: Dum mane nouum,Et Perſi.Item cras heſternum conſumpſimus;ecce aliud cras.

Caput Secundum.

Sæpe etiam apud poëtas per ſyllepſim numerus pro numero ponitur,ut Virg.Pars in fruſta ſecant. Idem:

Vos ô calliope precor aſpirate canenti. Et caſus pro caſu, ut idem: Curruq; uolans dat lora ſecundo, curru pro currui. Idem:Namque alij uictu inuigilant, pro uictui. Et quoniam datiui quartæ declinationis,& gñs & dtũs quintæ declin. raro quadrant in carmen hexametrum & elegiacum: frequenter poëtæ ablatiuum pro dtõ ponunt.Sed Serui.ſuper carmen Virgil.libra die dicit•Non eſt apocope pro diei,ſed regularis genitiuus. Nam ut ſæpe diximus, obliqui caſus numeri ſingularis non debent eſſe maiores ntõ plurali,quod uerę eſſe Saluſt.probat,qui in proſa ait: Dubitauit acie pars. Hinc eſt & illud:Curruq; abſciſa duorum ſuſpendit capita. Hęc ille. Item genus pro genere,ut Virgilius in quarto:

Solaq; culminibus ferali carmine bubo. Nam bubo eſt maſcu.ge. Lucanus: Et lætę iurantur aues bubone ſiniſtro.

Et Ouid. Infandus bubo. Dicit tamen Seruius: Virgilius mutauit genus,referẽs ad auem.Sæpe enim,ut idem inquit,mutamus genus,

referendo ad generalitatem. Et idem Virg. Acuta silex, pro acutus. Nam ut eleganter dicit Seruius, pene omnes hunc silicem dixerunt. Nam & Varro & Lucretius ita dicunt. Tanta tamen est Virgilij autoritas, ut persuadeat nobis etiam hanc silicem dici. Item sępe pro actiuis passiua sunt posita, ut:

Pictis bellantur Amazones armis. aut contra.

Virgil. Populatq; ingentem farris aceruum.

Et Ptoper. Hic olim ignaros luctus populauit achiuos.

Et Virg. alibi medicare pro medicari. Hęc exempla nos imitari possumus, sed teste Seruio, noua ad illorum exempla non reformamus.

¶Caput Tertium.

Epitheton quod adiectiuum uel appositum dicimus, teste Quintilia. pulchre ornat orationem & nomen cui apponitur, eoq; poętæ & frequentius & liberalius utuntur, teste eodem. Cauendum tamen ut notauit Seruius 4. Georgi. ne uni nomini duo epitheta adiungamus, quod apud latinos constat esse uitiosum.

¶Caput Quarrum.

Nota igitur optime lector, ut non trahas ad similia ea quę licenter à poętis dicuntur, ne licentia poętarę nisi rarissime & summa necessitate adductus utaris, præsertim in paucis epigrammatis: illis enim quibus ab omnibus iam diu eloquentiæ & elegantiæ tributa est opinio solertia maiestas & antiquitas suffragatur, magnumq; opus excusat, dum operi longo non esse somnum abnuendū dicat Hora. Et repetat diuus Hieronymus: Apud te aūt ignorantia aut desidia existimatē q̄d luculētissime tradit Diome. dicens: At is, qui breuitati studet admittit solœcismos, q̄s cū docti fecerint, nō solęcismi sed χήματα λόγου appellantē, ut est, Nuda genu. Et: Vrbem quā statuo uestra est. Ibidē, nudum genu, debuit dicere, & urbs quā statuo. Idē: Barbarismi sunt, quos cum uendicauerint docti, metaplasmos appellant, ut Teucrum mirantur inertia corda: pro teucrorę, & aggeribus merorę, & aulai in medio. Scias igitē multum concedi his qui totū opus faciunt, at q̄ aliquis in sex uel octo carminibus oēs licentias usurpare gaudet, minime laudatē, imo ridiculus & imperitus existimatur. In quantitate autē syllabarę illustraris poętæ autoritas me sequacem eius habebit.

¶Caput Quintum. De uicijs cauendis.

Vitia

Vitia in carmine ſicut in oratione quædã ſunt, q̃ hic ex Marciano Felice accipiã. Ille igitur inquit: Cõpoſitionis p̃cepta percurram, cui⁹ uitiũ maximũ eſt hiulcas & aſperas uoces frenos etiã iotaciſmos, metaciſmos, labdaciſmos, homeo propheron, diſpropheron, & polyſigma non uitare, uel cuiuſlibet literæ aſſiduitatem in odiũ repetitam, ut Sole ſaxa ſanabant. Et caſus caſſandra canebat. Et ita dicit Seruius. 2. ænei. ſuper hoc carmen: Dorica caſtra, mala eſt compoſitio, ab ea ſyllaba incidere, qua ſuperior finitus eſt ſermo; nam plerũq; cacophaton facit. Et ſuper hoc carmen:

Hic aliud maius miſeris multoq; tremendum.

Dicit idem: Nam apud antiquos ab eiſdẽ incipere uitioſum nõ erat, ut: Et ſale ſaxa ſonabant, & caſus caſſandra canebat.

Sed iam uitioſa eſt. Metaciſmus igitur orationẽ uitioſam reddens eſt cum uerborum coniunctio m literæ aſſiduitate colliditur, ut ſi dicas: Mammam ipſam amo quaſi meam animam Labdaciſmus eſt, ubi plurimum diſſonat, ut ſi dicas: Sol & luna luce lucẽt alba leni lactea. Iotaciſmus, ubi i, ſi dicas: Iunio iuno iouis naſcitur. Polyſigma, ubi s litera crebrius geminatur, ut: Soſia in ſolario ſoleas ſartiebat ſuas. Homeopropheron eſt, cum dicitur:

O Tyte tute tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Et Virg. in 10. Portat equus criſtaq; regit galea aurea rubra.

Vbi Seruius inqt, ſane hmõi uerſus peſſimi ſunt. Et in 3. æneid. At regina pyra penetrali, &c. Dicit Seruius notus eſt uerſus, uitioſa eſt eñ locutio, q̃ habet ex̃itus ſimiles, licet ſi caſuũ diſſimilitudo. Diſpropheron, ut ſi quis dicat: Perſuaſitrices, pręſtygiatrices atq; inductrices tigres. Aſpere inter penulti. ultimamq; uerborũ maxime uitandę. Cuius exemplũ eſt, ut ſi dicas: Phaleras ablatas gratis aut ſi iuret auriga. Per lora, per flagella, per frena. Hiulce ſunt, cum in ea parte quam diximus ſimiles uocales ac ſimiles longe colliſam hiantẽq; ſtructurã faciant, us ſi quis dicat. Suſcepiſſe ſe liberos ſecundo omine. Et ut Tullius pro Milone ait autoritate publica armare. Sed de iſta aſperitate & hiatu loquitur Quintili. in 11. non omnino & ſemper deuitandos exiſtimans, dum dicit: Proinde aſperiores erunt prout eius hiatu ſimilis aut diuerſo pronunciabuntur. Non tamen id ut crimen ingens expaueſcendum eſt: ac neſcio, an negligẽtia in hoc, an ſolitudo ſit peior

Inhibe

Inhibeat enim necesse est hic metus impetum dicendi, & â prioribus auertat, quia aut negligentiæ est pars hoc pati, ita humilitatis ubique perhorrescere. Quare damnandi sunt & spernẽdi, qui collisionem in metro ex concursu uocalium uel literę m cum uocali prohibent fieri, aut carmen decorare aut uitiare existimãt. Nam nisi crebra sit in exornanda oratione propter uarietatem multum roboris atq; uenustatis habere consueuit. Hoc testatur Quintilia. in 9. instit. dicens: Nam & coëuntes literæ quæ συναλοιφαί dicuntur: etiam leniorem faciunt orationem, quàm si omnia uerba suo fine claudantur. Nonnunq; hiulca etiam decent faciuntq; ampliora quædam ut pulchra oratione acta omnino iactare, tum longa per se & uelut optimæ syllabæ aliqd etiam medijs temporibus inter uocales quasi interstistant absumunt. Qua de re utar Ciceronis potissimum uerbis. Habet, inquit, ille tanq; hiatus & concursus uocalium molle quiddam & quod incedit non ingratam negligentiam de re hominis magis q̃ de uerbis laborantis. Nec ulla re Cice. Diomede teste, glorioſior est quàm q; ad summa artis rhetoricę mira artis dissimulatione peruenit. Sunt insuper, teste Capella, uitandi etiam freni, qui fiunt ex sperrimis literis in unũ concurrentibus, ut est illud Terentij in Ecyra: Per Pol quàm paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores. Syre, ut etiam supra diximus. Item ab eisdem literis incipientia, ut est. Non fuit istud iudicium iudicij simile iudices. Et in eadẽ desinentia, ut Fortissimoq; proximorum fidelissimorum socioq;. In edon uitio habebis. Consonantes insuper asperiores quæ in commissura uerborum rixantur, ut Sextus Roscius ars studiosorum error Romuli. Item s ultima cum x proxima stridor est uastus, ut: fluuius Xanthus deceptus Xerxes. Item si post x sequatur s, ut nix solita: & si x alteri occurrat, ut Rex Xerxes, dux Xantippus, uirtutis lux Xenophon. Monosyllaba etiam si plura sunt, male continuabuntur, ut illud Hora. saty. 1. An ni id fit. Et Teren. in Eunuc. Et eam clam tute subduxisti mihi. Hęc igitur iam dicta uitia fugienda sunt, non tamen adeo, ut diximus quin interdũ afferant elegantiam & iucunditatem carmini. Nam ut Diomedes dicit, plęrunq; etiam nimiæ artis opinio fugienda est, & interponenda simplicitas rudis atq; imperitiæ dictionis, nõ propter hoc solum, q; in omnibus rebus nimium lenocinium odio dignum est, sęd q; plerũq; acribus

acribus sensibus maior est, si naturaliter proferatur. Sunt & alia uitia, quæ non possumus hic omnia enarrare, uerum aurium iudicium maxime de his iudicet. Maximum autem uitiũ existimo cacophaton & asymphoniam, hoc est, dissonantiam & malum sonum. Quapropter bene dicitur à Diomede, euphonia in dictionibus plus interdum valet q̃ analogia, uel regula præceptorũ, quare idem bene dicit. Cõpositio uerborũ non ex anxio labore uenit, sed usu atq; exercitatione perpetua, quæ magis fluat, de ea auribus iudicetur, quę uelut arbitre cõpositionis esse debent. Et ut paucis concludam. Corrupta oratio & in carmine & in oratione soluta in uerbis maxime impropriis redundantibus comprehensione obscura, compositione fracta, uocum similium aut ambiguarum puerili coaptatione consistit. Hæc uitia Terentianus grammaticus his uerbis ostendit, Ne sermo ambiguum sonet, ne priscum nimis aut leue. uocum ne series hiet, ne compago fragosa sit, uel sic, q̃ male luceat. Et super omnia est fugienda κακοζηλία. hoc est, nimia decoris affectatio, per quam aut nimio tumore sententia corrumpitur, ut:

Iuppiter o præsens cœli, qui sydera torques,
ore tuo dicenda loquor, aut nimia cultu, ut:
Aureus axis erat temo aureus aurea summę,
Curuatura rotæ radiorum argenteus ordo,
Per iuga chrysolyti positæq; ex ordine gemmæ.

Alia sunt plurima, quæ sedula poëtarum lectione tandem comperies aut sequenda aut fugienda.

¶ Caput Sextum.

Crediderũt hactenus multi, inter quos sunt mihi amicissimi in humanioribus literis egregie eruditi, Leonardus Clemens Vlmensis, et Ioan. Cassilius Gislingensis, eximie, pie, egregie, & similia aduerbia, ultimam corripere moti ex illa regula Donati, Aduerbia q̃ in e exeunt, produci debent. Præter illa, quæ aut nõ comparantur, ut rite: aut comparationis regulam non seruant, ex illo ultimo credunt corripi. Exemplo quoq; hymni, qui in honorem S. Laurentij canitur. Intulit cœlo pie laureandũ, ubi pie corripitur. Sed aduertere debent hic non proprie esse irregularem comparationem, sed regulariter comparari, ut ex ueteribus in commentarijs meis probaui, producuntur igi-

tur.

tur Tibull. elegia. 3. primi lib. Quidue pie dum sacra colis pureq; lauari. Iuuena. Atticus eximiæ si cœnat lautus habetur.
Ennius: Ehregie cordatus homo catus ælius sextus.

¶ Caput Septimum.

In prȩcedenti exemplo Iuue. scilicet: Atticus eximie, potest aliquis dicere esse penthemimerem, & breuem pro lõga positam. Quare de sectionibus istis necessario aliquid dicam. Insedit em̃ pro regula omnibus recentioribus Penthemimerem uel breuem esse posse uel longã pro libito compositoris. Ego autem dico, & si possis facere exemplo eruditissimorũ, ut ego etiam sæpe feci. Omni tamen diligẽtia cauendum est, ne crebro facias, aut sine necessitate. Rarȩ enim est apud doctissimos in magnis eorũ operibus: ergo nec tu crebro in paruis epigrammatis facias. Præsertim cũ Quintil. instit. 1. dicat: Iambũ non recipi in carmen hexametrum, & carmen sic quasi claudicare, & podagra affici uideatur. Sunt igitur sectiones dictæ, quia incidere carmen uidentur, quæ à nostris cesurę & articuli, à græcis κόμματα dicuntur quatuor, & fiunt in secũdo pede, in tertio & in quarto & in quinto. Prima dicitur cesura semiternaria, & est qñ dictio terminatur in principio secundi pedis. Secunda dr̃ cesura semiquinaria, & à græcis penthemimeris, qñ in tertij pedis principio finitur dictio p̃cedẽs. Tertia dr̃ cesura, qñ post tertiũ pedẽ inuenit̃ una syllaba terminans dictionẽ p̃cedẽtem. Quarta, qñ post quartũ pedẽ inuenit̃ syllaba terminans dictionẽ. Hanc uirtutẽ esse uolunt, ut syllaba q̃ deberet esse longa, possit esse breuis. Cum etiam Serui. dicat. Finales syllabę natura breues, in principio pedis produci possunt. Et cum de omnibus inueniantur exempla in illustribus poẽtis, tñ maxime de penthemimeri adeo, ut omnibus quondam quasi priuilegium uideatur esse pẽthemimerem posse corripi uł produci. Ponam igitur illius exempla ubi breuis pro longa ponatur per penthemimerem. Virgilius:
Nam tibi tymbre caput Euandrus abstulit ensis.
ubi tertius pes iambus est. Idem:
Nostrorum obruimur, oriturq; miserrima cædes.
ubi tribrachus in tertio ponitur. Et idem pes apud eundem.
Spereo manibus hominum perñsse inuabit.
Idem: Omnia uincit amor, & nos cedamus amori.

Idem

Idem: Ecce trahebatur à temp'o adytisq; Mineruæ.
Lucanus: Aethiopumq; teris alieno gurgite campus.
Virgilius: Emicat Euryalus & munere lætus amici.
Perſius: Sunt quos Pacuuius & uerrucoſa moretur.
Silius: Palla Diobethis umbratus tempora ramo.
Horati. Ne quis humaſſe uelit aiacem arida uetas cur.
Ouidi. Atq; utinam uiuat, & non moriatur in illis.
Ouidi. E qua tu biberis, hac hac ego parte bibam
Idem: Mentis inpos rapitur, ut quas audire ſolemus.
Vir. in mor. Et referat clauſa, quæ prouidet hoſtia claue.
Ouidi. Arte leuis currus arte regendus amor.
Virgil. Non te nullius exercent numinis iræ.
Proper. Nunc tu ſiue legis umbroſæ flumina ſyluæ.
Ouidi. Nil opus eſt mortis pro me, ſed amore fideq;.
Tibull. Et canis arente terreat arua ſiti. Ita enim ego habeo.
Idem Tibul. Te canit agricola magna cum uenerit urbe.

Raro autem inuenitur apud latinos, ꝙ correpta uocalis in nullã deſinens conſonantem partem orationis terminans producatur. Nã ut dicit Serui. in 3. ænei. ſuper hoc carmen: Dona dehinc grauia ſectoq; elephanto. à finalitatis ratione producit, ſed ſatis aſpere, nam in nullam deſinit conſonantem. Verũ hoc fit crebrius apud græcos. q̃d Homerus in princi. Iliados fecit: μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος. Nec ſolum in iſtis carminũ gñibus, ſed etiã in alijs, ut Hor. in Sapphico: Angulus ridet ubi non hymeto. Idẽ: Docte ſermonis utriuſq; linguę.
Et Pruden. Saguinis ratæ ſpeciem futuri.
Et in carmine aſclepiadeo Horat. Quã ſi quicqd arat impiger apulꝰ.
Et in Phalæcio Boeti. Fatum ſub pedibus ægit ſuperbum.
In prima inſuper ceſura breuis pro longa ponitur.
Virgilius: Pectoribus inhians ſpirantia conſulit exta.
Ouidi. Cum ſteteris urbis celſus honore tuæ.
Idem: Iam mihi bis æſtasq; biſq; recurrit hyems.
Valerius Flaccus Sed qualis & quanta uiris inſulter enyo.
Silius: Ni decoris aſſint patiendo tempora læti.
Lucanus: Dum ſanguis inerat, dum uis materna peregi.
Iuuena. Occulta ſpolia & plures de pace triumphos.

Home-

Homerus: οἱ δὲ μέγα ἰαχοντες ἐπέδραμον υἷες ἀχαιῶν

Et iudicio meo, omnia illa Virgil. carmina, quæ ab alijs per positionẽ excusantur, uidentur isto priuilegio excusari, ut Drimoq; Xantoq;. Item Euriq; zephyriq;. E Syderaq; uentiq;, & similia carmina, quæ supra de positione notaui. Et quarta insuper cesura idem committit.

Virgili. Ostendens artem pariter arcumq; sonantem.
Idem: Per terram & uersa puluis inscribitur hasta.
Idem: Et furijs agitatus amor & conscia uirtus.
Claudia. Lentus arar, rhodanusq; celer, & dives iberus.
Ouid. Præcipitata adit pariter & pondere & ictu.

Istas cesuras esse indifferentes, si in alia dictione sequatur consonans uel h, his uerbis confirmat Diomedes illustris grammaticus. Tertius modus communium syllabarum est, cum in fine partis orationis longa ponitur uocalis correpta, una interposita consonante, ut

Emicat Eurialus & munere lætus amici. Idem.

Ostendens artem pariter arcumq; sonantem. Et ibi. Omnia uincit amor. Idem. Septimus modus est, Cum correpta uocalis in unã desinit consonantem sequente h, quæ pleriscq; aspirationis nota uidetur, ut Terga fatigamus hasta. Item: Aeneam hominum quisquã. Addam & ego Catull. qui dixit: Humanos non despexisse hymenæos. Idem: Iam ueniet uirgo, iam dicetur hymenæus.

E Virgil. Languentis hyacinthi.

Nota hic etiam h quandoq; uim literæ obtinere, ut diximus.

Virg. Posthabita coluisse samo, hic illius arma.
Idem: Grauis homo linquens profugus hymenæus.
Idem: Ille latus niueum molli fultus hyacintho.
Martialis: Pontifice cum licino hic quoq; magnus homo est.
Iuuena. Si fur displiceat uerri homicida Miloni.
Claudia. Tum uaga hunorum grauitas.

Hæc consyderanda, non imitanda existimo. Penthemimerem quoque, ut dixit: quemadmodum non omnino fugito, ita, si possum uitabo. Et partes attingam omnia ea, quæ per licentiam & raro á poëtis dicuntur.

¶ Caput Octauum.

Scias carmen esse illepidum & nõ satis ornatum, ubi nulla harum cæsura

cęsurarum occurrit, unde Terentianus: Harum si nulla est species deprensa magistri.

Versum recusant, nec uocant heroicum.
Sed fortasse potes nullum contingere uersum.
Qui nullum earum regulam non incidat.
Raram concedam fieri non posse negabo.
Et si igitur rarum sit, inuenitur tamen, & possumus uti, licet mallem cesuram. Nam & Propertius elegantissimus poeta utitur, dicens:
Et grauiora rependit iniquis densa quasilis. Et Hora. li. 2. epist.
Et post punica bella quietus quirere cœpit. Et Cecili.
Has res ad te scriptas Luci misimus æli. Et Sueton. in Moreto.
Hoc genus arboris in prealtis finibus grais. Non tamen laudo.

¶Caput Nonum.

Vitiosum est pentametrum, nisi sit penthemimeris, quæ post primos duos pedes relinquat unam syllabā finalē. Nā dicit Terentia.
Nam uitiosus erit sic pentameter generatus.
Inter nostros gentilis oberrat cæcus.
At ego inueni etiam, si bene memini, apud receptum poētam. Ergo ut de istis grammaticoꝝ regulis & meis generaliter loquar: non dicantur hic præcepta, quasi quædam leges immutabili necessitate conscriptæ, ut non possit aliter fieri, sed ad decorem seruandū: unde contrarium sæpe sine reprehensione facere possumus, aut ex necessitate, aut qui raro fit: aut ut supra dixi, q̄ diligentes negligentia sæpe gratissima est. Sed pauca, ut etiam alias dixi, carmina scribentibus licentiæ in primis uitandę, euphoniaq̄ & aurium iudicium, teste Cicerone, superbissimum, plus aduertendum, q̄ nullum alium præceptum.

¶Caput Decimum.

Si carmen â monosyllaba dictione incipiat in uocalem uel in m terminante, uitabimus collisionem quantum possumus. At scriptores non omnino abstinuerunt.

Catullus: Qui ipsi sui nati minxerit in gremium.
Idem: Qui illius culpa cecidit uelut prati.
Idem: Nam unguentum dabo meæ puellæ.
Hora. Nam ut ferula cedes meritum maiora subire.
& Mar. Ca. Quæ istorum laudes protulit harmonia.

Proper. Et iam ad mandatum uenimus ecce domum.
Quòd & si hęc colliſio non ſit in principio, tamen monoſyllaborum colliſio nunq̃ uidetur bene ſonare. Quòd ſi dixerit aliquis (ut faciunt multi) Malo errare cum Catullo, quàm tecum bene loqui. Sed bone uir, illum excuſat antiquitas & autoritas, non te: uel exprime Catullum in uniuerſis uirtutibus, & tibi merito ignoſcetur, ſi interdum paulo incautius aliquid protuleris.

¶ Caput Vndecimum.

In carmine hexametro & pentametro integra contineatur ſententia, nec ſuſpendatur uſq̃ ad tertium uerſum, ut dicit Beda: hoc tamẽ non ſemper obſeruatum eſt. Vnde Ouid. 5. triſt.

Pone metum ualeo corpuſq̃ quod ante laborum,
Impatiens nobis inualidumq̃ fuit
Sufficit, atq̃ ipſo uexatum induruit uſu.

Catul. Alloquor audiero nunq̃ tua uerba loquentem.
Numq̃ ego te uita frater amabilior.
Aſpiciam poſt hac, ac certe ſemper amabo.

Item ſapphicum in Adonico debet concludere ſuam ſententiam, ſed non ſemper obſeruatur. Vnde Hora. lib. 2. car. ad Groſphum:

Te greges centum ſiculæq̃ circum.
Mugiunt uaccæ tibi tollit hinnitum.
Apta quadrigis equa te bis aphro. Murice tinctæ.
Veſtiunt lana mihi parua rura. Et idem lib. 1.
Neue te noſtris uitijs iniquum Ocyor aura. Tollat. .
Idem li. 2. Ode. 2. Populumq̃ falſis dedecet uti uocibus.

¶ Caput Duodecimum.

Eſt præceptũ apud magiſtros uerſificandi, in quinto pede fugiẽdam eſſe colliſionem, nec ego crebro uti uellẽ, ſed autores nõ refugerunt.

Catul. Tu quid promiſti mihi quod mentita inimica es.
ubi promiſti pro promiſiſti.
Perſi. Eliſasq̃ nates labefactet forcipe aduncą.
Et Ouidi. Pondere & ictu.
Et Iuue. Loripedem rectus derideat æthiopem albus.

¶ Caput Tredecimum.

Scripſi nuper dum L. Florum interpretarer carmen; Lucius hoc

flore

florus exhibiturus erit. Fui itaq; reprehensus, q̃ duo futura coniunxissem superflue, sed non feci sine autoritate.

Ouid. Tunc procul absenti cura futurus eris.
Proper. Et si quid doliturus eris sum testibus illis.
Idem: Ensifer Orion aspiciendus erit.
Idem: Versibus & medijs soccus habendus erit.
Idem: Hinc pater ante oculos durus habendus erit.
Tibul. Atq; inter se festos semper habendus erit.
Idem: Et sine cherinto tristis agendus erit.

¶ Caput Quartumdecimum.

Carmina Leonina, ut dicuntur, hoc est, ut medium & finis consonet, ut est hic uersus;

Vt bene firmares, montibus esse pares.

Si crebra sunt uituperantur, uidẽturq; sine grauitate atq; in primis puerilia, qualia sunt Alexan. Galli. Sed si interdum & modeste inserantur, addunt quendam quasi decorem, & præsertim ut uolunt in pentametro, nec autores semper refugerunt. Adducam tantum Propertium illustrem elegiographum. Propertius:

Porticus aulæis nobilis attalicus.
Misit matronis Inachis Ausonijs.
Cur tibi longa Roma petita uia?
Quid frustra missis in me certatis habenis?
Detulit intacta pagina nostra uia.
Cur tua præscriptio senecta est pagyna gyro?
Non est ingenij cymba grauanda mei.
Sanguinis atq; animæ Prodige Gallæ tuæ.
Contentus niueis semper uectabere cygnis.
Solis & atratis lux erit orbis equis.
Quæ mulier grauida, iactat conuicia lingua.
Ferreus auroto neu cataphractus equo.
Et galea hirsuta compta lupina Iuba.

In istis carminibus notantur similes exitus dictionum, quæ reddunt uitiosam orationem, ut supra ex Seruio dixi. Sed tolerantur hęc dum non crebro fiunt, ut etiam superius dixi.

¶ Caput Quintumdecimum.

Qui autores sint sequendi.

Cum iuxta Priscia, in septimo oportet scire analogiam, usum tñ autorum magis imitari, te scire uelim, quibus ego poëtis dare soleam autoritatatem: ita, ut sine formidine eos sequar, Virgilio, Ouidio, Horatio, Valerio Flacco, Lucano, Senecæ, Silio Italico, Claudiano, Statio, Tito Calphurnio, Persio, Iuuenali, M. Manilio, Sereno Samonico Tibullo, Catullo, Ausonio, Propertio, Martiali, Columellæ, Ruffo Festo, Germanico Cæsari. Ex his iuniores sunt, & ob id non tantę omnino autoritatis quantæ cęteri: Claudianus, Serenus, Ausonius, licet non facile refellendi. Antiquissimus autem, Ennium, Pacuuium non imitabor, nisi forsan Lucretium, non tñ in omnibus. Ecclesiasticos autem: Prudentium, Sedulium, Iuuencum, Sidonium, Prosperum Apollinarem Aratorem, Petrum de Regia, & similes: & si non elegantes sint, non tamen in omnibus imitandos esse uolo. Sępe enim quantitates, præsertim in græcis, confundunt Mihi suffragatur etiam in latinis Beda uenerabilis de metricatione, dum inquit. Autoritate autem contemnitur regula grammaticorum, ut Sedulius:

Cum sancto spiritu gloria magna patri.

Sed poëta, ut gloriam sanctæ & indiuiduę trinitatis clara uoce decantaret, neglexit regulam grammaticæ dispositionis. Hæc ille.

Ego tamen nõ auderẽ uti ea autoritate, Multo minus imitabor Gaufredum, in poëtica noua, Gualterum in sua Alexandreide. Romulũ grammaticum, translatorem Aesopi. Alanum. Pauperem Henricũ. Pamphilum Soliganium, Antigameratum, Facetum, Bernhardum, & Macrum de uiribus herbarum, qui circumfertur, & similes. Recentiores item, Petrarcham, Philelphum, Mantuanũ Baptistam, Panormitam, Carolum Aretinum, & similes nõ sequar, nisi aut ueteres imitentur, aut ueras regulas latinorum & gręcorę obseruent, hoc est, nisi bene dixerint. Nam & si eruditissimi fuerint, humano tñ uitio errauerunt, sicut ego & alij. Possum em̃ ostendere non in uno loco, ubi Petrarcha, ubi Mantuanus, ubi Philelelphus errauerit. Nõ tamẽ propter hoc reiicimus eos, Stultissimum autem est dicere: Si ille errauit, malo cum eo male dicere, q̃ tecum bene, qm̃ homines fuerunt. Et considerandũ est, ut Qnintil. testatur, magni autores non quid dixerint, sed quid persuaserint. Sed quid dicã de istis minoribus, dũ Virg.

à Tu-

Tucca & Varro pluribus in locis post eius obitum correctus sit, taceo quę hodie in eo licenter posita inueniuntur,& nisi in Virgilio nō tolerarentur,sed Aristarchi uirgula notarentur, uti Homerus etiam fons poëtarū,& idē Virg.in suis paruis opibus,si est autor,sępe à suā & aliorū poëtarū obseruatione syllabas confundit. Vetula aūt quæ Ouidio ascribitur quæ non sit Item Philomela pulex, cuculus, de nummo,de Venere, de medicamine faciei, & similia, nihil mihi probant, nec dant autoritatem, q; si nunc̄ mea epigrammata nuper impressa peruenirent ad posteritatem incorrecta, aliquis putaret me consulto fecisse,dum aliqñ ex incuria errauí,ut ingenue errorem confitear.Posui enim derideat,secunda breui cum sit longa.Itē uocalis prima producitur,ego corripui. Sicut & conuitium secundam contra naturam corripui.Posui item Achilles,Holophernes ultimam breuem, cū longe sit & perscribantur, iusto tñ errore inductus sum ex præceptis Capellę,qui dicit Es terminatus in græcis nominibus,breuis est,ut Anchises,sed fallitur,&me similiter errare fecit.Anchises enim producitur,dum sic scribatur ἀγχίσης.

Virg.quinto. Anchises alacris palmas utrasq; tetendit.

Item in similibus. Alcides aderat taurosq; ac uictor agebat.

Petiturus etiam secundam corripui,cum sit longa. Idem tamen fecit Claudianus in quarto,de raptu.

Ipsum etiam peritura Iouem succedere prius.

¶ Caput Sextumdecimum.

Scias tñ illustres poëtas,aliqñ græcas diphthongos & natura longis,corripuisse & confudisse. Tu potes eos in his imitari,in his.s.quæ ipsi receperūt,sed ad similia trahere, sine uitio nunc̄ potes. Vsus eñ illustrium antiquitus receptus,nobis imitandus, non dilatandus est. Ita Ouid. primā in mæotis corripit,cū diphthongus sit,sic dicens in 3 Trist. Tardior antiqua uisa mæotis hyems.

Sic enim scribitur apud græcos μαιῶτις. Similiter butyrum corri.prima apud nostros quosdam , cum sit diphthongus βούτυρον. Σωκρατης prima producitur,quæ à multis corri.& à me olim breuiata est.Item crepidas corripitur primam. Persius :

Non hic qui increpidas graiorum ludere gestis.

cum apud græcos per ι longam scribatur,sic: κρήπις κρηπιδος.

Hepar item à Macro & alijs quibusdam corrip. cum Homerus produxerit, & apud gręcos scrib. ꝑ κ sic κῆπρ. Grabbatus itē apud latinos primā corr. Virg. in more. Mēbra leuat sensim uili demissa grabbato. cum apud græcos positione producatur, & per κ in prima scribat̄, sic κράββατος. Latini item chorea, malea, nemea, romphea, mediam indifferentem ponunt, cum ex diphthongo producātur, sic enim scribuntur, χορεία μάλεια νεμεῖα ρομφαῖα, aliqui detrahunt aspirationem, dicentes, rompea. Exempla ubi corripiantur.

Virgi. Pars pedibus choreas pandunt.
Idem: Maleæq; sequacibus undis.
Martia. Non marathon taurum nemeæ frondosa leonem.
Vale. Flac. in 6. Equa nec ferro breuio nec rompea ligno.

Hædus item & hædulus, quæ per æ diphthon scribuntu, quia ἀπὸ τῶν αἰδοίων, i. à testiculis descendunt, in prima producunt. Virgil.

Sic canibus catulos similes sic matribus hœdos.

Manilius tamen in astronomico corripuit, si ita recte legitur, dicens:

Incipient hœduli tremulum producere mentum.

Chyragra apud latinos, qñq; prima corripitur, ut Martia.

Sed nil patrono porrigit, hæc chiragra est.

cum tñ apud græcos diphthongo longa sit: sic em̄ scribitur χείραγρα. Sunt alia forsan, q̄ frequens lector ipse comperiet. Plura etiā in quantitatibus inuenies, quæ latini autores contra regulā usi sunt. Proinde me excusatum habere uolo, si syllabā dixi alicui produci uel corripi, literatura græca adiuturus, etiā si illustris poēta aliquis, uel plures contrarium posuerit, quoniam ego & regula bene dixi, ille sua autoritate nititur. E contrario aliqñ suffultus autoritate sola contra literam iudicaui, quod nec mihi debet obesse. Nemo enim unus om̄ia uidere potest, præsertim cum tam autoritate quàm regula cōstent syllabarum quantitates, & unum sine altero sufficiat ad probationem syllabæ.

¶ Caput Decimumseptimum.

Hæbraicæ & barbaræ dictiones ad græcam idioma transeuntes, uocalem breuiant plerunq; ante uocalem.

Ausoni. Helias & solido cum corpore præuius Enoch.
Prudent. Hic bonus: Ezechias meruit ter quinq; per annos.
Iuuencus: Zacharias uicibus cui templum citra tueri.

In græ

In græcis autem ia similiter corripitur,ut philosophia,sophia,astronomia, φαντασια, comœdia, tragœdia, agonia, licet acutus accentus sit in penulti. Sed non est idem acui & produci,cum breues frequenter acuantur apud græcos,ut in commentarijs dixi & additionibus Mametracti. At ea quæ per α scribuntur, iure produci debent, ut εἰρωνία ironia,εὐσέβια eusebia, ἐλεγεία elegia, λατρ. ία latria, ἐπιφάνϕα epiphania,ἀργεία argia,λαμπεία lampia,νικομήδϕα nicomedia,θάλεια, α tamẽ apud latinos in e longum uertitur,καλλιοπεία,Calliopeia, μήδϕα Medea,πλατεῖα platea,λιοπεία. Et α aliquando in carmine per dieresim in duas syllabas diuiditur. Item nomina hebraica barbaricaq́,teste Prisciano,in fine accentum detinentia, more latino declinata, accentum ipsum retinent,& penultimam syllabam producunt, ut ab Adã adamus, ab Abraham abrahamus, à Ioseph Iosephus uel Iosepus,à Iacob Iacobus.

¶ Caput Octauumdecímum.

Sic elegans carmen & quod quid aures hominum demeri debeat componere,uidendum est,ne more asiaticoꝝ,teste Cice. de oratore, numero seruiens inania quædam uerba inculces,complemẽta numeroꝝ,ad complẽdumq́ carmen infercias uerba parꝝ ad rem facientia quasi rimas expletas,adhibeasq́ uoces plenas & cõcinnas, nõ ut exornent aut compleant sententiam, sed sustineant quasi tibicines carmen ne claudicet. Id autẽ sępe inutiliterq́ atq́ & coniunctiones inserendo. Cauendũ etiã,ne omnia circũeas copiosa loquacitate,q̃ dicere uelis,ductuq́ specie nitoris. Atq́ ut Seneca dicit: Habeas in ptãte uerba, non efferat se oratio, nec longius quàm destinasti trahat, nec ad id quod non proposueris scribere alicuius uerbi placentis decore uoceris,nec si aliquod uerbum placuerit,uelis omnibus locis infulcire. Hoc tñ notandum esse suadeo cunctis adulescentulis,ut dũ primum incipiant uersificari,non sint multum timidi,aridi & circumspecti,sed fluentes potius,& luxuriantes,& fœcundi,& multa cõbinantes.Facile,ut dicit Quintil..Remediũ est ubertatis sterilia nullo labore uincuntur,q̃d si quis adeo caute uellet intelligere uocabula & tam curiõse sententias disquirere & nihil inferre,nisi cuius haberet optimã cognitionem, hoc est, si nunq́ excederet humum, nec in altum unq́ ascenderet,nũquam erit copiosus compositor,sed si quis sine horrore

multus

multus est atq; abundans, tãdem cum eruditione ex luxuria iustam copiam acquiret. Hoc optime docet Quintilia. dicens in 2. Nam in pueris oratio perfecta nec exigi, nec sperari potest: melior autem est indoles generosiq; conatus, & uel plura iuste concipiens interim spiritus. Nec unq; me in his dicendis annus offendat, si quid superfuerit. Nam ut elegantissime dicit Cicero. Volo enim se efferat in adulescẽte fœcunditas. Quintil. igitur qualis debeat essẽ pueris magister optime demonstrat. Quapropter (inquit) in primis euitandus & in pueris pręcipue magister aridus non minus q̃ teneris adhuc plantis siccũ & sine humore ullo solum, inde fiunt humiles statim, & ueluti ad terram spectantes, qui nihil supra quotidianũ sermonẽ attollere audeãt, macies illis pro sanitate & iudicij loco infirmitas est, & dũ satis putãt uicijs carere, in idipsum incidunt uitiũ q̃ uirtutibus carent. Hęc ille.

¶ Caput Nonumdecimum.

Sunt plures scioli. qui hinc inde clamitant. Aristoteles penult. longa dici, aliter dicentes quasi imperitos arguunt, nescientes Iuuenalem dixisse in 2. saty. Si quis Aristotelem similem uel pittacon emit. Item & diuum Augustin. Sũmus Aristoteles trutinando cacumina rerũ. Sunt aũt moti quodã usu, sed qua ratione nulla unq; mihi sciuit dicere. Ego unde error ueniat dicam ἀριστοτέλης scribitur apud grę cos, & habet acutum in penult. sed corr. tñ. Vnde si uis acuere penul. debes dicere Aristotelis per i, uti græci faciunt. Nam ut dicit Diome. Verba græca græcis accentibus efferimus, si ijsdem literis enunciauerimus, & sic qm̃ in Aristotelis ultima est longa, quia per η longũ scribitur, necesse ẽ ut accentum habeat in penult. sed cũ traducis in linguã latinam, & dicis Aristoteles, sicut etiam Demosthenes, Antisthenes, nunc literæ mutantur, ergo & accentus. Est ergo accentus in antepenult. ex illa regula latinorũ. Quòd in trisyllabis dictionibus & tetrasyllabis siue pluribus, si penult. breuis fuerit, antepenul. acuetur. In re igitur, & si parua, illis tñ ignota, contendunt isti elementarij senes, quibus crux & ixionis rota est atq; extremũ supplicijũ, dũ uidẽt iuniores & pueros ea discere, imo scire & memoriter tenere, q̃ ipsi nunq; nouerunt.

¶ Caput Vicesimum.

De Propríjs.

Sunt pleriq; qui credunt nomina propria ad placitũ poni mouen-

tur ma

tur maxime autoritate Seruij celeberrimi grammatici ſuper hoc carmen in primo Aenei.

Huic coniunx Sichæus erat ditiſſimus agri

Ita dicit, Sichæus hic per ecſtaſin producit̃ licẽtia qua in proprijs nominibus eſt, in quibus licet in qualibet parte ſyllabæ mutare naturã. Ego autem aliter ſentio, cum tam diligens cura poẽtis latinis fuerit, ut propria nomina ſua quantitate in carminibus ponerent: adeo, ut propter hæc quædam non auderent, ponerent in carmine. Audi Ouidium in quarto de Ponto, ad Tuticanum:

Quo nimis in noſtris ponaris amice libellis
Nominis efficitur conditione tui.
Aſt ego non alium prius hoc dignarer honore,
Eſt aliquis noſtrum, ſi modo carmen honor
Lex pedis officio, fortunaq; nominis obſtat,
Quaq; meos adeas, eſt uia nulla modos.
Nam pudet in geminos ita nomen ſcindere uerſus
Deſinat ut prior hoc incipiatq; minor
Et pudeat, ſi te qua ſyllaba parte moretur
Arctius appellem Tuticanumq; uocem.
Et potes in uerſum Tuticani more uenire,
Fiat ut è longa ſyllaba prima breuis.
At ut dicatur quæ nunc correptius exit,
Et ſi porrecta longa ſecunda mora.
His ego ſi uitijs auſim corrumpere nomen,
Ridear, & merito pectus habere neger

¶ Martialis in nono:

Nomen cum uiolis roſisq; natum,
Quo pars optima nuncupatur anni.
Hyblam quod ſanit Atticosq; flores,
Quod nidus olet alitis ſuperbæ.
Nomen nectare dulcius beato,
Quo mallet Cybeles puer uocari.
Et qui pocula temperat tonanti.
Quod ſi parrhaſia ſones in aula.
Reſpondent Veneres cupidinesq;

Nomen nobile, molle delicatum
Versu dicere non rudi uolebam,
Sed tu syllaba contumax repugnas.
Dicunt earinon tamen poëtæ,
Sed græci, quibus est nil negatum.
Et quos ἄρες ἄρες decet sonare,
Nobis non licet esse tam disertis,
Qui Musas colimus seueriores.

Ex quibus carminibus habetis latinos abstinuisse maxime à licentijs, quibus Græci maxime redundant. Ego itaq; dicerem ad Sicheus, ꝙ regulariter posset etiam produci. Nam ex quo ι υ sunt uocales ancipites, & sępe latini syllabam in qua est, una de ancipitibus modo producant, modo corripi. sic esse factum in Sycheo. Ad minus non licet in proprijs nominibus mutare cuiuslibet syllabæ naturam, nisi aliqua subsit causa, uti & Virg. si bene propria græca confudit, autoritate fecit græcorum. In latinis antem non licet, nec in græcis sine exemplo, ut ex Martiale audiuimus. Et barbara uocabula reducere ad carmen: adeo, ut etiam non ponantur ad placitum, pro libito uersificatoris: ostendit Plinius Cecilius his uerbis: Nonnullus labor est, ut Barbara & uera nomina in primis propria uersibus non resultent. Nihil est, quod non arte curaq;, si non potest uinci, mitigetur. Vide quantus labor sit barbara quantitate sua donare, & non licere unicui pro suo libito confundere illorum syllabas. Nota tamen Seruij regulam, Quoties poëta aspera inuenit nomina uel metro nõ constantia, aut mutat ea, aut de his aliquid mutilat. Nam Sicheus Sycharbas dictus est Belus Didonis pater Methes. Et in 8. idem: Nouimus enim nominum uel mutationem, uel mutilationem concessam poëtis, sicut pro Castore Pollucem mutare. Nota quoq; nomina græca apud poëtas nunc græca nunc latina declinatione inflecti, secundum ꝙ syllaba repugnat uel quadrat, & secundũ symphoniam & cacophaton.

¶ Hic habes Lector optime XX. præcepta & obseruationes, hactenus non multum uisas, quas ex nullo excerpsi, uerum ex diligenti poetarum & oratorum lectione & obseruatione meo Marte & proprio labore collegi, tanta cum festinantia, ut iure nemo ulla eleganti-

am re-

am requirat aut desiderare possit: contentus me bene consuluisse illis, qui carmen eleganter componendum animum composuerunt, nec cætera quę addidi hic, aut in posterum additurus sum, debebunt non esse, ut spero, inutilia. Vale.

ANNOTATIO GRAECARVM compositorum.

Ictiones compositæ cum præpositionibus uel aduerbijs græcis, primam breuiant, ut anathema, cuius etiam contra morē multorum penult. corrip. Apocalypsis, catalogus, dialogus, epigramma, parabola, prologus, prosodia, & alia omnia, nisi positio aut diphthongus interueniat. Composita ἀπὸ τοῦ κέρατος ceras cerastos, quod est cornu, corripiunt, ut rhinoceros. Martia.

Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Omnia composita cum γένεα genea, id est, genus, & progenies, corri. Composita item cum γενὸς, quod apud nos genus significat, ut Diogenes, Origenes. Item cum τέλος, id est, finis, ut Aristoteles. Composita cum σθένος, quod robur significat, ut Demosthenes, Antisthenes. Item κράτις, quod etiam robur uel imperium significat, ut Hippocrates, Aristocrates corripuit. Item cum στράτος, quod significat exercitum, ut Philostratus, Callistratus corri. Item cum βάτος, quod est ambulans, ut Embibates, schenobates corrip. Exempla apud Nestorem inuenies. Corripiunt item sequentia omnia composita cum θέμις, id est, fas uel munus, ut Themison, Themistocles. Item ex θεὸς, id est, deus, ut Timotheus, Theophilos. Item cum σόφος, id est, sapiens, ut: Sophocles, philosophus. Item cum σκόπος, quod est custos & speculator, ut Horoscopus. Item cum ὁδὸς, id est, uia, ut Exodus, Synodus corrip. Composita uero cum ᾠδὴ, id est, cantus, producunt, ut Melodus, melodia Exodiū tñ ab eo cōposita cōtra naturā simplicis corrip. apud latinos. Iuuenalis: Vrbic⁹ exodio risum mouet auellane.

Est autem cantus, quem cedentes de theatro canere consueuerunt, ut dicit Iulius Pollux. Alij dicunt exodium á cantu dici, & ab ἔξω extra, & ᾄδω cantu. Alij dicūt significari exitum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ ᾠδή, id est, extra uiam. Vnde Varro finem uitæ exodium uocat. Corripiunt insuper cōposita à νέος, id est, nouus uel iuuenis, ut Neomenia, id est,

nouilunium. Neoptolemus, & Neophytus, id est, nouum germẽ, ibi etiam penult. corri Nam composita â φυτόμ, quod est planta, corripi. Item composita à Δαμάω, quod domito significat, & Δρόμος, quod est cursus, & à ἀγαθός, id est, bonus, corripiunt, ut Hyppodamuus, id est, equorum domitor. Hippodromus, id est, equorum cursus, & Pyxagathos id est, pugnis bonus uel fortis.

Martialis: Pyxagathos fuerat, nunc erit hippodamus.

Idem: Puluereumq; fugax hippodromon ungula claudit?

Composita itẽ cum μάχη, id est, pugna, ut Antimachus. Vñ Catull. At populus tumido gaudeat Antimachon.

Composita cum ἀρετή, id est, uirtus, ut Panaretus. Martialis:

Arguto madidus pollice Panaretus.

Composita cum ὅλος, quod est totus, & ὅμος, id est, nouus, uel similis holor. Ouid. Ad uada Mæandri concinit albus holor.

Et holocaustum, id est, totum combustum. De secundo, Homographia, id est, similis scriptura. Et Homonea proprium mulieris. Vnde in Epitaphio eius:

Hoc Homonea breui condita sum tumulo.

Item φάως, i. uorax. Hippophagus. i. equorũ uorator, uti Scythe olim.

Item à γράφη. i. scriptura, ut Chirographus, id est, manus scriptura.

Item à φανός, id est, clarus, ut Aristophanes. Hora. saty. 4.

Eupolis atq; Cratinus Aristophanesq; poëtæ.

Item à λόγος, id est, sermo, ut Theologus & technologus, id est, loquẽs de artibus, quem nos artistam uulgo uocamus, quem græce technicum appellamus. Item à βόλος, id est, iactus, ut hyperbole. Item à κεφαλή, id est, caput, ut Acephalus, id est, sine capite: & Bucephalus, quasi bouis caput, & nomen equi Magni Alexãdri Item à γονή, id est, fetus, & semen humanum, ut Antigonus, siue à genu, siue à semine & genitura ueniat, ut Chrysogonus, id est, aureum semen uel aureus filius, sicuti Antigonus: potest etiam dici aduersus & contrarius filius. Et à φίλος, id est, amicus, ut Theophilus, Demophilus Itẽ à phrasis, id est, locutio, ut Periphrasis, id est, circumlocutio. Item à κρίσις, id est, iudicium, ut Hypocrisis, cum y græco in prima. Item χάρις, id est gratia, ut Demochares, charisma & eucharistia, id est, bona gratia & gratiarum actio. Item ab ἔλαφος, id est, ceruus, ut Tragelaphus.

Item

Item à φονὴ, id est, cedes,, ut Tisiphone. Item à στόμα, id est, os, ut Chrisostomus, id est, aureum os. Item à πόλις & θέσις, ut Iustinopolis, antithesis, & similia omnia corripi.

¶ Hæc sequentia producunt.

Composita à γωνία, id est, angulus, ut Trigonus, id est, triangularis. Et trigon. Manili. Aut tria sub quiuis signis ornare trigonem. Item composita â κῶλον, quod est membrum, ut Tricolon, trimembre. Dicolon bimembre, penult. produc. Inde carmen dicolon, quod duo habet genera carminis, & sic de alijs. Item á Δῶρον, quod est donum, ut Theodorus, Isidorus. Item composita à σώφρον, qui est modestus & castus, ut Sophronisda. Item à τιμὴ, id est, honor, ut Timotheus, Fortunatus.

Et cum Timotheo uiuere cura meo.

Item Timarchides, id est, honor principis, nomen proprium.. Item â κοίνος, id est, communis, ut Epicœnum. Item à φὼνη, id est, uox, ut antiphona penulti. longa. Et ὠδὴ, id est, cantus, ut supra diximus. Item φήμη, id est, fama, ut Polyphemus, id est, magnæ famæ, & Euphemia nomen mulieris, id est, bonæ famæ. Item composita â πωλέω uerbo, id est, uendo, ut Pharmacopola. Item à φῦλον, quod est genus uel natio, producuntur, ut Allophylus quod prius deceptus, ex Pruden. & Petro Regia dixi corripi, sed falsus sum. Prima enim in philon circũflexum habet accentum, qui super longis tantum cadit. Item composita â θήκη, id est, loculus, uel repositorium, ut Chirotheca, Bibliotheca. Item â πτῶσις, id est, casus, ut Antiptosis. Monoptota, penulti. produ. Produc composita à Δῆμος, id est, populus, ut Nicodemus, id est, uictoria populi. Et composita νίκη, id est, uictoria, ut Nicolaus, Nicodemus, Nicomachus, & similia multa producunt.

Ιωάννης φιλοφοῖβος πραΐμον πρὸς τὸν βηβέλιον
φιλοντὴν φιλεπιτιμήτην.

Corripe chare precor nunquam Δαφνηφόρον illum
Quo dictant μοῦσαι πιερίδες q̃ docent.
Spiculifer quod κύνθιος atq; πυλαῖτις
Mentibus infundit, βηβέλιος docuit.
βηβέλιος docuit pedibus connectere uersus,
Cuius scripta colit flauus Apollo syle.

RACEMATIONES.

Εὐχθιστία τοῦ Ἰωάννου φιλοφοίβου πραΐμου πρὸς τὸν βηβέλιον παιδεύτην ἐν φιλικότατον & ἀδεακότατον.

Versus intensa docuisti chare poëta,
Pieriosq́ modos concrepitare Cheli
Tempora uiuaci quo pacto cingere δαφνῆς
Possim, perferre & nomen in astra meum
Quo pacto δρύαδες possimq́ arcere puellas
Dulciter ut resonent ἀόνιδεσq́ deas.
Et cytharam blandam digitis pulsare recuruis
Vt possim, cum augur tendat Apollo lyram.
Atq́ doces pure græcamq́ callere Tubingæ
Grammaticam & normas quasq́ sub arce breui
Qua sine dicetur perfectus quisq́ latinus
Haud quanquam ueteres quo caruere diu
Innumeras igitur grates retulisse iuuabit
βηβέλιος doctor spes decusq́ meum.
Autori et grates tibi fert germanicus orbis
Quæq́ uident gentes hæc monumenta tua.

CONIVCTIO SAEPE ORNAT orationem & carmen contra aliquorum præcepta.

Ad quod ego respondeo: Bene reprehendimus coniunctiones, quæ in coniungendis dictionibus redundant, at metri necessitate excusantur (quamuis consultius esse sine excusatione non peccare.) Nam ubi Virg. in 1. æneid. dicit:

Multa quoq́ & bello passus dum conderet urbem.

Super hoc honoratus grammaticus Serui. dicit quoq́ & duas cõiunctiones separatas naturaliter non coniungimus, nisi metri necessitate ergo una uacat Sic alibi: dixitq́ & prælia uoce diremit. Hæc Serui.

Marinus autem Scodrensis in Collectaneis Plinij de q́ ita disserit, q́ coniunctio, non solum copulatiua est, sed etiam causatiua. Tull. in Offic. Non solum nobis nati sumus ortusq́ nostri partem patria uendicat, partem amici: aliquando est expletiua & ornatus tantum causa ponitur, aliquando geminatur. Cice.

Dignitati uestræq́ uirtutiq́ fauisti. Sed familiarior poëtis.

Ouidi.

Ouidi. Munichios uolans agros gratamq; Mineruæ,
Despiciebat humum cultíq; arbusta lycæi. Hæc ille.
Et græci etiam dicuntur frequenter ponere τε quod q; ualet. Sic Hesiod. in theogonia: κλειώ τ' εὐτέρπη τε θαλείά τε μελπομένη τε Τερψιχόρη τ' ἐρατώ τ' πολυμνιά τε οὐρανίη τε καλλιόπη, id est, Clioq;, euterpeq;, thaliaq;, melpomeneq;: Terpsichoreq; eratoq; polymniaq; uraniaq; Calliope. Hic habes nouem musas: melius tamen Τερψιχόρη per χ scribitur quàm κ. Tibi autem suadeo coniunctionibus interdum utendum, quod facies elegantissime, & interdum sine coniunctionibus reddes orationem elegantem, utroq; enim modo schematice & figurate facies, & sic bene & poëtice, dum Quintilianus in 9. dicat: aliam esse orationem ἀχηματίσον, id est, carentem figuris, quod uitium non inter minima est, ut idem dicit πολυσύνδετον autem & ἀσύνδετον siue λιάλυτον, hoc est, polysyndeton & asyndeton siue dialyton ponũtur inter species schematis, ut alias omittam Quintil. nono oratoriarum institution. à Donato in libello de figuris, & â Diomede uetustissimo grammatico, qui dicit: Polysyndeton, est oratio pluribus cõiuncta coniunctionibus, ut:

Alcandrumq; haliumq; neomonaq; britanniq;.

Item: Tectumq; laremq; amycleumq; canemq; cressamq; pharetrã.

Donatus hoc ponit Virgilij exemplum: Athomasq; thoasq;,
Pelidesq; neoptolemus primusq; Machaon. Idem Diomedes.

Dialyton est oratio quę sine coniunctionibus solute ac simpliciter effertur, nulla coniunctione interposita, superiori contraria, ut alij nalibus ite. Ferte citi ferrum date uela impellite remos. Item: Venimus uidimus placuit. Et apud Tullium: Pertulit cogitauit. Hæc etiam brachylogia nuncupatur, & à Quintiliano asyndeton. Cum igitur fastidium pariat quod crebrum est & multum. Sicut dialyton & polysyndeton ornabit orationem, si id non affectanter & crebro fiat. Nam Virgilius ex quo tanquã ex sacrario & penetrabilibus musarum omnis poëticæ maiestas hauritur atq; eruitur, non reformidauit illas coniunctiones, quin sæpius utatur. Nam ut tantum dicam quæ obiter occurrunt, ita inuenies lib. 13. Aenei.

Frontesq; steropesq; & nudus membra pyracmon.
Succedunt fessiq; & equos & corpora curant. In eodem.

Regem adit & regi memorat nomen genuscꝫ. In decimo.
Pleiadascꝫ hyadas claramꝫ Lycaonis arcton. In primo Geor.
Tercꝫ quatercꝫ solum scindendum glebacꝫ uersus. In eodem.
Panacꝫ Syluanumꝫ senemꝫ nymphascꝫ sororores. In 2. Georg.
Magnanimoscꝫ duces totius ordine gentis. In 4.
Mores & studia & populos & prælia dicam.
Drymocꝫ xantocꝫ lyeacꝫ phylodocecꝫ
Nisecꝫ spiocꝫ thaliacꝫ cymodocecꝫ
Cystippecꝫ & flaua lycorias altera uirgo
Atcꝫ ephyre, atcꝫ opis & Asia deiopeia
Altacꝫ pangea & rhesi mauortia tellus
Atcꝫ getæ atcꝫ hebrus atcꝫ actias Orithyia
Liminacꝫ lauruscꝫ & omnis. In 3. Geor.
Aestuscꝫ pluuiascꝫ &c̄. Idem.
Fontescꝫ fluuioscꝫ uocant, & c̄.
Tribulacꝫ trabeæcꝫ & iniquo pondere rastri.
Ouidi. in quinto Metamor.
Syderacꝫ uenticꝫ nocent auidæcꝫ uolucres
Sarculacꝫ rastricꝫ graues &c̄. in decimo.
Sunt illis celeres cꝫ pilę, iaculumꝫ trachum, Armacꝫ & in gyros &c̄.
In primo de arte.
Eneruant animos cytharæcꝫ canthuscꝫ lyræcꝫ.
Et uox & numerus. &c̄.
In secundo de remed.

Nec Tibullus refugit coniunctiones elegantissimus poēta, non tamen superfluas sumit. Taceo de alijs omnibus, quorū si tempus suppeteret, mille tibi exempla referrem, superfluas tamen quantum possumus coniunctiones uitabimus. Sed ut dixi, cupio interdum elegantiam facere illis, si quis tamen omnibus carminibus redundaret, non præterfugeret, quin rideretur, ut dixi.

¶ De Participijs.

De participijs uero rarum est, quod Seruius dicit lib. 11. æneid. finitus est uersus participio, quod raro fit apud latinos, apud græcos uero uitiosissimum est, ut Virgi.
Littora linquens, retinacula tendens.

Sed cꝫ

Sed q̃ Seruius dicit raro, id est, nihil aliud in causa est, meo iudicio, q̃ amor & ueneratio grecor̃ autorum. Nam nulla fit in hoc ἀσυμφωνία hoc est, incõsonantia, uel κακόφατον, id est, malus sonus, nec fit ratione significationis participij. Nam ubi redundant autores illis in cæteris casibus, præterq̃ in ans & ens, nec hæc refugiunt, ut Virgilius poetarum Achilles superius allegatus, & in 4. æneid.

Perfide sed duris genuit te cautibus horrens
Corripit in modum complexus & angit inhærens. Idem in 8.
Et faueas illi quisquis agatur amans. Ouid, de arte.
Tractabat coramq̃ puer pennasq̃ renidens. Idem in 2.
Et illis sua dos forma sine arte potens. Idem in 3.
Ecce nos uisõ casse resistet amans. In eodem.
Fallit enim multos forma sine arte decens. Idem.
Impia derisi gentilis gaudia tollens. Catullus.
Omentum in flamma pingue liquefaciens. Idem.
Si fœlix cœli sis in amore potens. Idem.
Nocte latent fures quos idem sæpe reuertens. Idem.
Aduenit cœlo te solum phœbe relinquens. Idem.
Exuuias tota receptus amans. Propert. in 2.
Seruiat & tota dicar in urbe potens. Idem.
Ornabit custos ad mea busta sedens. Idem.
Non operosa comis sed furibunda decens. Idem.
Lygdamus ad plutei fulcra sinistra latens. Idem.

Et Priscianus tam anxius & doctissimus grammaticus, in principio statim Dionysij posuit, dicens:

Clauditur hic bifido, sed brachia littore pandens.
Separat hic libyen asiæ confinia rumpens.

Tu si euoluere uolueris Ouidium, Virg. Luca. & alios, plura inuenies, sufficiat mihi pauca hæc ex tempore tibi assignasse ad id solum, ut istud Seruij dictum non sequar. Quod si in prædictis exemplis aliquando participium transit in uim nominis, nil refert, cum solum, ut dixi, terminatio uitiare uideatur, quæ eadem est in nomine & participio. Horatius secundo sermonum.

Propositum par sit multa natat modo recta capessens.
Esset ador lolium dapis meliora relinquens.

Accedas ſocius, laudes lauderis ut abſens
Nonne uides? aliquis cubito ſtantem prope tangens
Et Menælaum una mecum ſed occidere clamans
Membranam poſcas ſcriptorem quæcꝫ retexens.

Primo Sermo.

Et penſare manu lentiſſima brachia mutans
Hoc inquam mihi eris miſere diſcedere quærens.
Differt ſermoni ſermo merus ac pater ardens.

Virgilius in nono.

Impaſtus ceu plena leo per ouilia turbans
Quæ mittit dona, hoſpicio cum iungere abſens
Quaue ſequar rurſus perplexum iter omne reuoluens
Contendit cœlum diuerſacꝫ brachia ducens.

In Decimo:

Impediunt retrahitcꝫ pedes ſimul unda relabens
Quam congreſſus ait campo lapſumcꝫ ſuperſtans
At Iouis interea monitis Mezentius ardens
Impaſtos ſtabula alta leo ceu ſæpe peragrans.
In lucem genitori Amico dedit & face prægnans
Stant lecti circum iuuenes ipſe æger anhelans.

In Duodecimo:

Rettulit in melius multos alterna reuiſens
Ecce fugæ medio ſummis Amaſenus abundans
Nunc rapidus retro atcꝫ æſtu reuoluta reſorbens.
Qua uulnus lætale ferat contra ille repugnans
Conſcius audacis facti caudacꝫ remulcens
Et captum letu poſuit caput arma relinquens.

In Duodecimo:

Aduerſo proterret equo ruit ille recedens.
Caniciem immundo perfuſam puluere turpans.

Statius in quinto:

Illa paphon ueterem centumcꝫ altaria linquens
Exagitat clauſaſcꝫ domos & limina pulſans
Vix curſu tener æquat hylas lerneacꝫ tollens
Senior amphractu laterum ſinuoſa retorquens

Orſu-

Ore supinato nunc arua gementia radens.
Impulit exemplo monitu ducis aduolat ardens
Cum piget umbrosa populatus silice serpens
Fœmineos cœtus plangens agmina ducens
Secum ante ora uirum fremebunda thoantida portans.

In Sexto:

Vulnere lætalis ne irrumperet atria serpens
Alloquijs genitorem ultro nunc facta recensens
Interea cantu musarum nobile mulcens
Spesq; audax unaq; metus fiducia pallens
Luce mala pangea fert solemq; refulgens.

DE QVIBVSDAM INGENIOsis Carminum generibus.

SVNT quidam exornatus etiam in carmine, quæ Technopegnia dici Pompilius asserit, quibus ocioſi & delicati homines plus uti gaudent quâm serijs rebus intenti, quare cum suo tempore lectorem delectare consueuerint, fiantq; multo labore atq; artificio, non putaui incongruum hic etiam inserere quædam eorum genera, ut habeãt etiam suum studium, quibus aut consueta aut seria displicent.

Sed hoc unum notandum esse uolo: Quôd licet fiant magna industria hæc ipsa carmina, in magno tamen opere fugienda esse atque declinanda. Primum igitur reciprocum & sotadicum dicitur, cum carmen contrario ordine dictionum uel idem uel contrarium refert. Idem, ut Sidonius:

Præcipiti modo quod decurrit tramite flumen.
Tempore consumptum iam cito deficiet.

Incipe in fine, & manebunt ijdem uersus & eadem sententia, ut:

Deficiet cito iam consumptum tempore flumen.
Tramite decurrit, quod modo præcipiti.

Exemplum ubi contrarium intelligitur, si conuertuntur uersus, manebuntq; uersus, ut:

Donet munere mel non fel pax candida nobis.

Conuerte.

Nobis candida pax fel non mel munere donet.

Philelphus.

Philelphus in pium secundum.

Laus tua,non tua fraus,uirtus non copia rerum
Scandere te fecit hoc decus eximium.

Conuerte:

Eximium decus hoc fecit te scandere,rerum
Copia,non uirtus,fraus tua,non tua laus.

Et ego olim:

Lex bona,non mala uis,sapiens non stultus abundans
Anteferendus erat,& meritum haud fauor est.

Conuerte:

Est fauor haud meritum & erat anteferendus abundans
Stultus,non sapiens,uis mala non bona lex.

¶ De Correlatiuo,ut dicunt.

Correlatiuum,cum correlationes habet,siue ex repugnantijs, ut:
Alba liguſtra cadunt,uacinia nigra leguntur.
Siue ex conuenientijs, ut:
Anguis aper iuuenis pereunt ui uulnere,morsu
Hic fremit,ille gemit,sibilat hic moriens.

¶ De Serpentino.

Serpentinum,quo integras elegias aliqui conscripserunt. Dicitur, cum finis ad alterius principium conuerti uidetur, sic:
Rumpitur inuidia quidam chariſſime Iuli.
Quod me Roma legit rumpitur inuidia.
Rumpitur inuidia,q turba semper in omni,
Monstramur digito,rumpitur inuidia.
Et reliqua eodem processu fiunt,& q̃ cum principio conueniunt, ut:
Fœdius inuidia nihil est in diuite ciue,
Et nihil ingenuo fœdius inuidia.
Poscere ditis opes alijs,oratio turpis.
Dedecet & canos poscere ditis opes.
Et reliqua eodem processu.

¶ De Concatenato.

Concatenatum,est serpentino contrarium, Sic:
Me tibi donat honor,sed honor qui me tibi donat.
Creditur altus amor,sed amor qui creditur altus,

Metu-

Me iubet esse tuum, uel amor qui me tibi iunxit.

¶ De Monosyllabis & in principio & in fine.

Monosyllaba incipiente simul & finiente uersu, ut Ausonius:

Res hominum fragiles alit & regit & perimit sors.
Sors dubia, æternumq; labant, quæ blanda fouet spes.
Spes nulla sine fine æuo cui terminus est mors.
Mors tamen hic nulla est, uerum est locus & nihil res.

Ita, ut qua dictione incipit, ut eadem finiatur in priori technopœgnio.

¶ De Monosyllabis in fine.

Monosyllaba finiente tantum uersu, ut:

Indicat in pueris septennia prima nouus dens.
Pubentes annos robustior anticipat uox
Inuicta, & uentis & solibus est hominum frons
Et durum nerui cum uiscere consociant os.

Et reliqua eodem processu usq; ad finem.

¶ De Centone.

Cento dicitur carmen quod & Rapsodia appellari posset: nisi carmen Homeri resarctum hoc nomen præoccupasset. Centonem græce & latine scripsit Proba Romana, sed elegantius Ausoni. Carmen hoc contextum ex uersibus particulisq; operis alieni. Exemplum habe ex Fescennio Ausonij de fœmina noua sponsa reluctante.

Illa manu moriens telum trahit ossa sed inter,
Altius ad uiuum persedit uulnere mucro.

Et reliqua, quæ apud autorem lege.

¶ De Concordante.

Videtur & his annecti posse, quod concordans appellatur, nulli sane mentis imitabile. Exemplum tamen habe hoc:

Et canis uenatur seruat.
in syluis & omnia
Et lupus nutritur uastat.

¶ De Anabænonte.

Dicitur & Anabænon, quod â monosyllabo incipit, & continuis dictionibus crescens, quod & fistulare dicitur, ut hoc:

Cur nobis iuuenes decerptis orbiculata poma, & regula.

Mauri

MAVRI SERVII
HONORATI GRAMMATICI
CENTIMETRVM.

CLARISS. VIRO ALBINO,

Maurus Seruius grammaticus. Salu.

TIBI hunc Libellum prætextator uidelicet decus urbis Albinę deuoui. Nam licet patris auiq; (quibus maximam reuerẽtiam literæ debent) quottidie urgearis exemplo, ubiq; pubescas, quo uelut ad Musarum sacra uenitur, non tamen cęlo suo tantum numina proferuntur, sed sæpe humiles uicos, ac uilia pauperum tecta subierunt. Quare laboris mei uelim faueas uoto, indulgeas audaciæ, quod si secus cesserit in cupiditatem deuotionis interpretabor euentum placendi, licet audacter, non tamen indignanter hunc libellum, qui uoluerit, Centimetrum nominabit. Tot enim metrorum genera digessi, quanta potui, breuitate rationem omittẽs. Quo quidem quodq; nascitur ex genere, qua scansionum diuersitate cedatur, quæ res plus confusionis quàm utilitatis habet.

Sed lectori hæc generaliter sunt scienda, Finalem syllabam, in oĩbus metris indifferenter accipi. Solutionem esse, cum pro una longa syllaba duæ breues ponuntur. Loca imparia dici, primum, tertium, quintum: & deinde paria, secundum, quartũ, sextum. Et deinde penthemimerem esse, cum post duos pedes sequitur syllaba, quę partem orationis terminat. Heptemimeris uero, cum post duos pedes similiter sequitur syllaba. Tertius trochaicus, cum post duos pedes perfectos finita parte orationis trocheus remanet. Quartus trochaicus, cum diffinitione eadem tenet quartum locum trocheus. Catalecti. uersum dici, cui una syllaba deest. Brachicatalecti. cui duæ. Hypercatalecti. cui una syllaba supereſt. Acatalecti. ubi nihil plus minusue est in uersu, qui legitimo fine claudit̃r. Monometrum, dimetrũ, trimetrum, uel dimetrum uersum dici à numero pedum. In iambicis, trochaicis, anapesticis metris uersus per pedes duplices computari, in cæteris metris per pedes simplices. Metra uel à pedibus nomina accipere, uel à rebus q̃ describuntur, uel ab inuentoribus, uel à frequentatore.

tatoribus,uel à numero pedum Bacq; octo esse principali metra,Iambicum,trochaicum,dactylicum,anapesticum, choriãbicum, antispasticum,ionicum à maiore,ionicum à minore, de quibus carptim tractabimus eligentes ea, quæ ad palmam lyræ perducit uoluptas.

Extra iambica locis imparibus quinq; recipere pedes possunt m Iambicum,tribrachum,spõdeum,dactylum,anapestum. Locis autem paribus tantum iambum uel tribrachum, & apud Comicos frequenter anapestum,ita tamen:ut multarum breuiũ iunctura uitetur.Sed ex pluribus metris 13. usui tradenda subieci.

Aristophanium metrum constat monometro, hypercalectico,ut est hoc: Valles per imas. Euripedum constat dimetro brachycatalecti co,ut est hoc: Deæ decus meum.

Anacreontium constat dimetro catalectico,ut est hoc:
Dissolue Bacche crines.

Archilochium constat dimetro acatalecti. ut est hoc:
Serena lux micat polo.

Alcaicum constat dimetro hypercatalectico,ut est hoc:
Amant uenena putricidæ.

Alcmanicum constat trimetro brachycatalectico,ut est hoc:
Spernis decore uirginis thoros.

Hipponactium constat trimetro catalectico,ut est hoc:
Doctis talia fatibus fauebat.

Archilochium constat trimetro acatalectico,ut est hoc:
Martem fatigat prodigus uitæ fauor.

Anacreotium constat tetametro hypercatalectico,ut est hoc:
Amor puellæ triste pectus improbius fatigabit.

Aristophanium constat tetrametro brachycatalectico,ut est hoc:
Marcent lucernæ,sol propinquat,non tamen uacas.

Item de Aristophanio: Aristophaninm constat tetrametro acatalectico,ut: Ludos amat puella nobilis pudicos & leues.

Anacreontium constat tetametro catalectico,ut:
Portum petens auram relaxa uela solue malo.

Hipponacticum constat trimetro hypercatalectico, ut est hoc:
Pauper poëta nescit hic antra Musarum.

Metr

Etra trochaica principaliter constant trocheo. Locis tamen imparibus hos recipiunt pedes: Trocheum, tribracchum, & nonnunquam dactylum. In locis uero paribus cum his, quos supra memorauimus, Spondeum, anapestum, dactylum, sed ex plurimis 13 usui tradenda subieci.

Pancratium constat monometro hypercatalectico, ut est hoc: Autor optimus. Ityphallicum constat dimetro brachycatalectico, ut est hoc: Bacche iunge tygres.

Euripedium constat dimetro catalectico, ut est hoc:
Vultur alius uolat.

Alcmanium constat dimetro acatalectico, ut est hoc:
Fistula canit subulcus.

Bacchilidium constat dimetro hypercatalectico, ut est hoc:
Floribus corona texitur.

Sapphicum constat trimetro brachicatalectico, ut est hoc:
Rex pater Iuppiter & deorum.

Archilochium constat trimetro catalectico, ut est hoc:
Nox amoris & quietis conscia.

Sotadicum constat trimetro acatalectico, ut est hoc:
Ite poma ferte uiam portet alter.

Sapphicum constat trimetro hypercatalectico, ut est hoc:
Splendet aurum gemma fulget, forma sed placet.

Sotadicum constat tetrametro brachycatalectico, ut est hoc:
Thracium nefas enarrat catulus hirundo.

Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc:
Tolle thyrsos æra pulsans iam lyæus adueni.

Hipponacticum constat tetrametro acatalectico claudo, ut est hoc:
Pelle tonsis in terga ponti uela tendere pergamus.

Anacreontium constat tetrametro hypercatalectico, ut est hoc:
Parce iam camœna uati, parce iam tenero furori.

Etra dactylica principaliter constant dactylo. Recipiunt tamen spondeum & interdum ultimo loco trocheum, sed ex plurimis XIX. usui tradenda subieci.

Adonium constat dimetro catalectico, ut est hoc: Fundite fletus.

Huminachium uel hymeniacum cõstat dimetro acatalectico, ut est hoc: Ti

hoc: Tibi personet. Archilochium constat dimetro hypercatalectico, ut est hoc: Garrula uenit auis.

Almanium constat trimetro catalectico, ut est hoc: Tundere pectora palmis. Simonidium constat trimetro acatalectico, ut est hoc: Indue pallia serica.

Alcmanium constat trimetro hypercatalectico, ut: Lurida brachia cur tetegis. Archilochium constat tetrametro catalectico, ut est hoc: Virgo decens comulas religato.

Alcmanicum constat tetrametro hypercatalectico, ut est hoc: Vita quieta nimis caret ingenio. Stesichorium constat pentametro catalectico, ut est hoc: Martia.

Cede deo tua carmina Phœbo.

Simonidum constat pentametro acatalectico, ut est hoc:

Parthenopæus erat puer Arcadiæ decus.

Chirilium constat pentametro hypercatalectico, ut est hoc:

Pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.

Heroicum constat hexametro catalectico, ut est hoc:

Vulnera bella tubæ numero donantur Homeri.

Bucolicum constat hexametro catalectico, ita, ut quartus dactylus partem terminet orationis, ut est hoc:

Rustica sylueştri resonat bene fistula cantu.

Iphicum, alij Ibicum, constat hexametro acatalectico, ut est hoc:

Sydera pallida diffugiunt face territa luminis.

Alcmanicum constat hexametro hypercatalectico, ut:

Alma Venus paphon ingreditur rosa luceat ex adytis.

Stesichorium constat heptametro catalectico, ut est hoc:

Aeacides iuuenis tradit Hectora, plangite pergama troës.

Iphicum constat heptametro acatalectico, ut:

Carmina docta thalia canet properantius huc ades ô puer.

Ibicum constat heptametro hypercatalectico, ut est hoc:

Versiculos tibi dactylicos cecinit puer optime quod facias.

Etra anapestica principaliter constant anapesto. Recipiunt tamen frequenter spondeum, raro proceleusmaticum.

Apud Comicos autem habent dactylum, sæpiusque ultima

cum supereſt ſyllaba, in duas ſoluitur breues, ſed ex pluribus 14. uſui tradenda ſubieci.

Itimium conſtat monometro acatalectico, ut eſt hoc: Calidum iubar eſt. Choricum conſtat monometro hypercatalectico, ut eſt hoc: animus male fortis. Ariſtophanium conſtat dimetro brachycatalectico, ut eſt hoc: Venit optima Calliope.

Pindaricum conſtat dimetro hypercatalectico, ut:

Fuge Mœnia iam Telamonide.

Alcmanium conſtat dimetro hypercatalectico, ut eſt hoc:

Tremulum mare melliflua nitet aura.

Archilochium conſtat dimetro acatalectico, ut eſt: Adytum fuge uirgo ſagax. Parthenaicum conſtat trimetro catalectico, ut:

Adytum Veneris fuge uirgo.

Pindaricum conſtat trimetro brachicatalectico, ut eſt hoc:

Medium rapido mare adit tyberis fluuio.

Alcmanium conſtat trimetro catalectico, ut eſt hoc:

Date Pierides mihi carmina dactylicorum.

Steſichorium conſtat trimetro acatalectico, ut eſt hoc:

Latet in thalamo tibi uirgo decens Veneris ſpecie.

Simonidicum conſtat trimetro hypercatalectico, ut eſt hoc:

Tuba terribili procul æreſonat clypeum cape miles.

Alcinaicum conſtat tetrametro brachicatalectico, ut eſt hoc:

Sua munera fert Venus alma roſis inueni nitido Cynare uidi.

Ariſtophanium conſtat tetrametro catalectico, ut eſt hoc:

Date uina mihi date ſerta iuuat tempora tota lyæo.

Metra Choriambica principaliter conſtant choriambo. Verum quo durius ſuo pede claudantur, accipiunt in fine amphibrachum & bacchium, ſed ex multis metris hæc 4. uſui tradenda ſubieci.

Ariſtophanium conſtat monometro & amphibraccho ſiue bacchio ut eſt hoc: Purpureus tyrannus.

Sapphicum cõſtat trimetro & amphibracho ſiue bacchio, ut eſt hoc:

Dulciſone Pierides uerſifico fauete.

Anacreontium conſtat dimetro & amphibracho ſiue bacchio, ut eſt hoc

hoc Virgilij: Mantua quem creauit.
Callimachium constat tetrametro & amphibracho siue bacchio, ut est hoc: Armipotens Mars genitor Romulidæ da ueniã precamur.

Metra anapestica principaliter constant anapesto. Verum sæpe prima parte, quia iambum tenent spondeum libenter accipiunt, sed ex plurimis Quatuor usui tradenda subieci.
Peanicum constat trimetro brachicatalectico, ut est hoc:
Fauni semideum numen adest.
Anacreontium constat trimetro catalectico, ut est hoc:
Curas mitigant dona lyæi.
Alcmanium constat tetrametro acatalectico, ut est hoc:
Infandum tetigit sydera carmen magicæ uatis.
Alcaicum constat tetrametro brachycatalectico, ut est hoc:
Mœcenas atauis lydia quos fert genite.

Metra ionica à minore principaliter constat ionico suo, ac raro alterius pedis patiuntur accessum, sed ex plurimis sex usui tradenda subieci.
Timocratium constat dimetro catalect. ut: Rosa ueris specimen.
Anacreontium constat dimetro, ut: Sapientes deus audit.
Anacreontium constat trimetro catalectico, ut est hoc:
Fuge uirgo fuge munus Veneris.
Sapphicum constat trimetro acatalectico, ut est hoc:
Sonat alta trabe fixus tibi uisus.
Phalæcium constat tetrametro catalectico, ut est hoc:
Tibi ueris fero donum sola quod dant Veneri.
Alcmanium constat tetrametro acatalectico, ut est hoc:
Timor omnis docet artes, timor auget bona mentis.

Metra ionica à maiori principaliter constat ionico suo. Verset iambum & ditrocheum non recusant, solutionem patiẽter admittunt, sed ex plurimis tria usui tradenda subieci.
Hipponactium constat dimetro brachicatalectico, ut est hoc:
Palmam cape uictor.

Phraxilum constat dimetro brachycatalectico,ut est hoc:
Fortis iuuenis sume coronam.
Sotadicum constat tetrametro brachycatalectico,ut est hoc:
Victor cane,tempus fugit,intende labori.

Rliqua deinceps metra non ex lege qua superiora reperimus. Illa enim uelut confusa digressi,hæc uelut dispersa collegi Sed ex plurimis XXV.usui tradenda subieci.

Itiphalicum,quod tetrametrum est, constat tribus dactylis & pyrrichio,ut est hoc: Quin inserere ingenuum uelut agrum.
Pherecratium constat spondeo,dactylo & trocheo,ut est hoc:
Reges purpura monstrat.
Gliconium constat spondeo,choriambo,pyrrichio,ut est hoc:
Odi parthenium.
Asclepiadeum constat spōdeo & duobus choriambis & pyrrhichio, ut est hoc: O & præsidium & dulce decus meum.
Alcaicum constat,spondeo,tribus choriābis & pyrrichio,ut est hoc:
Profusa æcaides procubuit sub Paridis manum.
Elegiacum constat penthemimeri prima heroica,secunda dactylica, ut est hoc: Mœret diffusus flens elegia comis.
Eulogicum constat primo pede disyllabo quicūq; sit,& quatuor dactylis,ut est hoc: Sappho composuit male casta poëmata.
Murum constat ita ut heroicum,sed pyrrichio clauditur, ut est hoc:
Mortem contemnunt laudato uulnere getæ.
Priapium constat gliconico & pherecratio, ut est hoc:
Hellespontiacus tuus nomen protegit hortos.
Phalæcium constat spondeo,dactylo,& tribus trocheis, ut est hoc:
Isthmos diuitibus superbit undis.
Sapphicum constat trocheo,spōdeo,dactylo, & trocheis duobus,ut est hoc: Faune nympharum metus & uoluptas.
Saturnium constat dimetro iambico catalectico anacreontio & ityphalico dimetro brachycatalectico trochaico,ut est hoc:
Isis pererrat orbem cornibus profusis.
Archilochium constat partheniaco anapestico dimetro catalectico, & ityphalico,ut est hoc:

Remo

Remeat uir ab arce tyranni uultibus cruentis.

Enitologiũ constat dactylico & iambo & penthemimeri, ut est hoc:
Carmina bella magis uelim sonare.

Alcaicum cõstat penthemimeri dactylica & duob. troch. ut est hoc:
Luna rubens zephyrus comminatur.

Alcaicum constat penthemimeri iambica & duobus dactylis, ut est hoc: Carmen relaxat tædia pectoris.

Archilochium constat tetrametro bucolico acatalectico ityphallico tribus trocheis, ut est hoc:
Linea pastor tibi concidit in profunda ponti.

Galliambicum constat dimetro iambico acatalectico & anapesto ul' spondeo cum duobus iambis, ut est hoc:
Terra recrispat auro tremulo sinu freti.

Archilochium cõstat pẽthemimeri dactylica & dimetro iambico, ut est hoc: Sydera cuncta micant decore lucis aureo.

Archilochium constat dimetro iambico & penthemimeri dactylica, ut est hoc: In lyæo dediti tympana quatiunt.

Heroicum quoties sonus ultimæ syllabæ similis est præcedentis, ut est hoc: Exercet mentes fraternas grata malis.

Cum uero extremæ syllabæ metri sunt eædem æquiuocum est.

Reciprocus heroicus in sotadico quoties ad finem scãsus sotadicum facit, ut est hoc: Ire cupis si rus mala uites somnia quæso.
Quæso somnia uites si mala rus cupis ire.

Reciprocus iambicus in elegiaco est, quoties à fine scansus elegiam facit, ut est hoc:
Micant nitore tecta sublimi aurea.
Aurea sublimi tecta nitore micant.

Euripalicus uersus est, cum uerba, prout sequuntur syllabis crescunt, ut: Rem tibi concessi doctissime dulcis honorem.

¶Habes lector manualẽ in compendio discendi libellum, quem magis probabis, si tibi usus scribendi uoluntas exoluat.

FINIS.

IN LAVDEM HENRICI BE-
belij, Poëtę Tubingeñ. F. Vuendelini Phorceñ.

SAPPHICON.

Tu probe taxas uetulos magiſtros
Barbaram qui nos docuere linguam
Tempora & caſus trutinant modoſq́
Significandi.
Conſtruunt uires regimenq́ uocum
Atq́ ſupponunt uocatiua uerbis
Cum legunt, Muſam pueros docentes
Vtriculumq́.
Huc ueni, iam iam cupiens profari.
Ore Romano modulos ligatos
Quicquid & doctus Cicero ſoluta
Condidit arte.
Ergo te doctæ celebrant ſorores,
Te canunt noſtri ſimul & penates
Cum ſuis Pæan fidibus reſultat,
Viue poëta.

LIPSIAE,
Michaël Blum, excudebat. Anno.
M. D. XXXVI.



BIBLIOTEKA UNIWERSYTECKA POZNAŃ
SD 3245 II

Quid est species Questiones R primitiue dictio
ms et Deriuatiue distinctio

~~Sum posesor huic libri~~

~~[illegible]~~

Sum posesor huic lib

SV

Quis uide

SVM POSESOR HVIVS

Quomodo